

**C**ONCILIO DE LA VDE MONASTICAE RELIGI  
onis opusculū: vnde ipsa ceperit exordium / in-  
crementū et stabilimentū dilucide de-  
clarans. quonā etiā modo tria pre-  
cipua illius vota / obediētia / pau-  
pertas & castitas / integre ob-  
seruāda sint: latius edisse-  
rens. adiectis passim  
sacræ scripturæ sen-  
tentijs & exē-  
plis: facto-  
rūq; pa-  
trū nō  
præ-  
termisſis (vbi locus efflagi-  
tabat)  
autho-  
ritati  
bus.  
••

**C**oncilio Venale habetur Parisijs in officina Henrici Ste-  
phani (vbi & impressum est) e regione schole Decre-  
torum sita.

**C**Idocus Clichtoueus Neoportuēsis generoso et monasticę vitę professione venerando domino Godefrido Ambasiano virtutis et religionis clari tudinem exoptat.



Vm quispiam iter conficiens quam ingressus est viam probari animaduertit; rectāq; esse et ad optatę metę cōsecutiōnē compendiariā intelligit: id sedulo gaudet/ neq; pœnitudine ducitur se illā inchoasse/atq; ad eandem absoluendam animosius ipellitur ac incitatur ardētius. Atqui mi Godefride diuersa vitę genera quę ab ineūte etate capeſſunt homines/ vt reliquum etatis honeste transigant:nichil profecto aliud sunt q; variæ per multifidos calles diuctae vię ad vnum tēdentes exitum /terre scilicet re promissionis et regionis viuorū assecutionē. Siquidem qui ciuilē ſequūtur administrationē et sorte viuendi negociosa:vna proficisciuntur via/ vt illuc vbivera quies et certa laborū merces/ pueniant. et hec rursum in multiplices dirimunt (vt omnibus cōpertum est) ſemitas.Q uí vero eccliaſticā ſequūtur professio nē/dei obsequio peculiari⁹ mācipati/quiq; monaſticā ſortiūtūr iſtitutionē:longe alia et planiore quidē ac rectiore procedunt via/ vt eundem attigant terminum, et hec itidē in tot diffecatur varios calles:quot ſunt eccliaſticę ſortis aut monaſticę religionis diuerfa genera.Neq; id absurdum cuiq; videatur:illud vitę genus quod adolescentiā noſtrām iſtituētes aggredimur/viam appellari.qñquidem peregrini ſum⁹ et aduenę in hoc mortalī vitę incolatu:ficut ſones pa Hebræ.13. Neq; habemus hīc manētem ciuitatē:ſed

futurā inquirim⁹. Quod autem aliud peregrini est  
 munus: nisi cōtinue viam peragrare/donec sua perfis-  
 ciatur peregrinatio: quid inquilinus et aduena aliud  
 agitat mente: q̄ quomodo iter peragat quod ducat  
 in patriam/in natale solum/vbi quietas tandem sedes  
 habeat? Neq; sane hęc appellatio: a sacre scripturę  
 vsu est aliena/ cū dominus in psalmo cuiq; ad se cōfu-  
 gienti⁹ promittat. Intellectū tibi dabo/ et instruā te in Psal. 31.  
 via hac qua gradieris: firmabo superte oculos meos.  
 Et alio loco de illo qu⁹ psaltes dominū supplex orat.  
 Notam fac michi viam in qua ambulem: quoniā ad Psal. 142.  
 teleuaui auimā meā. Et merito quidem id a deo pro-  
 pheta exposic̄t. quoniā si Ciceroni i officijs credim⁹/ Cicero  
 quam vitæ in slitionē quisq; debeat ab ipso adole-  
 scētiae exordio amplecti/ & reliqua prosequi ætate.  
 deliberatio est longe omniū difficillima, & facile est  
 ei qui honestam ab ipso iuuenili euo ingressus est vi-  
 ta semitam: eandem sine diuerticulo in maturiori-  
 bus annis & senioribus obseruare. Itaq; qui illā vitæ  
 rationē quam a tenerioribus delegit annis/ audit ab  
 alijs magnopere cōmendari/ ipsamq; sine offendicu-  
 lo planam/sine scabris anfractib⁹ atq; flexuosis sale-  
 bris rectam esse accipit: oppido letatur se illam inijs-  
 se/ & exinde concitatur acrius/ vt citra errorē & lap-  
 sum ipsam ad exitum vſq; vitæ integrā obseruet.  
 At vero mi Godefride/ recto vſus cōsilio ab inēunte  
 ætate monasticū vitæ genus es amplexus/ sanctū sa-  
 ne & apprime cōmendabile. Hieremiæq; prophet̄  
 ea in re monitū secutus videris: quo ait. Bonū est vi- Threno. 3.  
 to: cum portauerit iugū domini ab adolescentia sua.  
 Ecclesiastis idētidem hortationē non aspernatus es:  
 dicentis. Memento creatoris tui in diebus iuuētutis Eccēs. 12.  
a.ij.

Ecc. 1.

tuæ. Neq; ecclesiastici visus es in memor: salubriter admonentis. Fili accedens ad seruitutem dei/ sta in iustitia & in timore: & prepara anima tuam ad tentationem. Quid enim non commendaretur illud vitæ institutum: quod abdicatis illecebris & blandimentis/ cœlestis / angelicæq; conuersationis prope modū est æmulū? & superatis huius maris vndosi procellis ac fluctibus: in placido/ quietoq; portu tutam habet stationem? Enim uero qui in sæculo vitam degunt: tempestuosum fulcant mare / fragiliq; carina ventis agitata & conuassata vorticibus: vasto feruntur/ astanturq; profundo . Qui vero in tranquillo regionis habitaculo cōsistunt: iam in portu nauigant/ tutoq; sinu quiescunt. Rursum qui in sæculo viuunt:

Martha

cum Martha satagunt circa frequens ministerium/ solliciti sunt / & turbantur erga plurima. Qui vero in claustro diuersantur: cum Maria sedent secus pedes domini/ audientes verbum illius. & hi sane optimā partem elegerunt: quæ non auferetur ab eis. Neq; quodus monasticæ vitæ genus: sed quod sanctissimi patris Benedicti regulam ac disciplinæ sequitur complexus es. qui inter primos monasterialis austera-  
tis authores & architectos merito collocatur: & splendore sanctitatis/ signorumq; claritudine habetur supra modum eximus. quemadmodum beatus pater

Gregorius

Gregorius in secundo suorum dialogorum libro diffuse demonstrat. Neq; obscuro quidē & humili ignotue loco hanc claustri professionem exhibuisti: sed in Cluniaco/ loco quidem ob religionis integratatem rectâq; obseruationem nominatissimo/ & toto in orbe celeberrimo. Apud quem (cum in horto monasticæ obseruationis sancti Benedicti succreuerissent pa-

trum incuria alijs in locis vepres et spinæ/ lapæcæ et  
tribuli ) eradicatæ sunt vrticæ / euulsum zizania / et  
infelix loliū. atq; per seueram morum reformatio-  
nem: inseminatū agro religionis verū semen/ insitaq;  
virtutum plantaria. quæ copiosos adiderunt fructus  
et suaves: suāq; per totū orbem sparserūt fragrantia.  
Non igitur preter meū fecerim officiū (qui a reueren-  
do in Christo patre ac domino: dño Iacobo Amba-  
siano/ episcopo Claromontano/ Cluniacæq; domus  
pastore vigilantissimo/ ad litterariam tui institutionē  
rectamq; morum formationem iāpridem sum desig-  
natus) si exīguo hoc opusculo de laude monasticæ  
religionis paucis differuero. quo q;dignam/ augustā  
et excellentem vitæ semitam ingressus es/ cognoscas  
apertius: et ad ipsam integre obseruandā feruentius  
inardescas. Porro hunc ipsum( cū a grauioribus ocij  
litterarij studijs feriari aliquantis per michi datū fuil-  
set)elaboratum libellum/ tuo nominis mi Godefride  
nuncupatum volui; quo et mei in te animi synceriore  
affectum dilucidius declararē/ meq; inter tuos ascrip-  
titum clientulos hoc argumento insinuarem. adiu-  
mentum itidem prestatrem/ opemq; ferrem nō asper-  
nandam: tuos mores rectis instituendi præceptis &  
documentis, quæ vbi amplexus fueris: tuos in ipsa  
religionis semita gressus dirigent/ eamq; dabunt in-  
offenso pede peragrare. Nec minus alijs/ quos verus  
religionis amor tenet: hic noster quantuluscunq; pro-  
derit labor. qui cum lectione sedula huius codicilli/ tū  
eorum quæ obseruanda præcipit prompta impletio-  
ne: non modicam (vt speramus) utilitatem tecum de-  
niq; consequentur. Vale/ et religionem monasticam.

## De laude

(vt facis) syncarius cole. Ex Cluniaco/ septimo idus Aprilis/anno decimotertio supra millesimum et quinquecentesimum.

Judoci Clichtouei Neoportuensis libellus de laude monasticæ religionis: ad præclarum et religionis amantissimum dominum Godefridum Ambasianum.

¶ Quid sit religio/ & in quæ membra dicuntur.

Cap.I.



Eligionem diffiniunt authores cultum esse deo debitum/ et reverentiam animi ad ipsum: exterioribus signis certoq; ritu honorationis declarata. Quā ita dictam autumant a religio: q; nos arctius astrigat deo & alliget ad ipsum rite venerandum. His astipulatur Au-

Au. gustinus. gustinus dices. Est autem vera religio: quae se vni deo anima; vnde se velut abruperat) reconciliatione religatur. Dividitur autem religio/ præcipua/ que ad nostrum attinet institutum/partitione: in religionem catholicam sive Christianam / et religionem monasti- Quid catho cam. Catholica religio/ cultus est deo debitus secundum ecclesiæ ordinationem: in recta fide et obeditione diuinor-

Quid religio.

rum præceptorum præsertim consistens. Et hec catholicæ dicitur id est vniuersalis: q[uod] vniuersim & generaliter ad omnes spectat/ et astringit cunctos ad rectam et integrum ipsius obseruationem. Dicitur & Christiana: q[uod] a Christo domino nostro humanæ carnis trabea induo/potissimum sancta fuerit atq[ue] stabilita. Ipse enim cum in terra diuersaretur: sacro ore de prompsit quæ ad syncaram veræ religionis integratem spectant/primaq[ue] illius iecit fundamenta. qui bus apostolici viri et sancti patres diuino spiritu pleni: superedificauerunt parietes/superextruxerunt te-  
ctum/& ad consumationem illud mysticum & spirituale ædificium perduxerunt. De hac quidem beatus Iacobus in epistolæ suæ catholicæ primo capite dicit. Siquis autem putat se religiosum esse/non re-  
frenans linguam suam sed seducens cor suum: hu-  
ius vana est religio. Religio munda et immaculata apud deum et patrem hæc est: visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum / & immaculatum se custodire ab hoc sæculo. Scripsit de hac religione luculenter Augustinus in duobus illis opusculis: quo-  
rum vnum inscripsit de vera religione/ alterum ve-  
ro de Christiana religione. et nostra fere tempesta-  
te Marsilius Ficinus vir doctrina et nomine perce-  
lebris: in præclaro illo opere quod prænotauit de re-  
ligione Christiana. ¶ Religio monastica est integra disciplinæ monasterialis obseruatio/ humana traditione constitutæ/atq[ue] ad euangelica complenda con-  
silia suos cultores astringentis: certis statutis et regu-  
lis determinata. Et hæc monastica dicitur q[uod] ad mo-  
nachos/id est vitam agentes solitariam & in secessu quodam secretam at turbine mundi p[ro]fertim attinet. qui in

Iaco. 1.

Augustin.

Marsilius Fi-  
cinus.Quid reli-  
gio mona-  
stica.

## De laude

monasterijs degentes et conuentu multorum eidem obseruationi addictorum: mundi strepitum et turbā declinarunt. Dicitur et a plerisq; religio particularis: q; non passim omnes alligat aut obstringit/ ut catholica religio. sed eos dūtaxat: qui illi obseruandē se deuouerunt atq; addixerunt. In cuius cōmendationē Hugo de sancto Victore in libro de claustro animē dicit. Abundans est pauperi religio/ mediocri sufficiēs/ tolerabilis diuitiā: infirmis larga/ delicatis compatiēs/ fortioribus moderata: pœnitentibus misericors/ peruersis seuera/ bonis optima. Hęc sunt beneficia religionis. Neq; hæc: Christianę repugnat religioni/ ut oblatrare nonnulli ausi sunt/ sed ad eam exactius tenendam non mediocre pr̄sidiū atq; suppetias fert, quandoquidem non solum pr̄cepta dei decalogo cōprehensa seruat: verum etiam et consilia in euangelio proposita cōplere annititur/ quo proprius deo adh̄reat/ et animū a mundo longius abiungat atq; disperaret. Itaq; catholica religio: radix est. monastica: ramus vnius ex ea prodiens/ atq; radicē illam in vegeta sua virtute/ nativaq; conseruans. Illa: fundamentum est solidum. Hęc: ædificium illi basi superstructum/ et ipsam in sua soliditate sustentans. Illa: fons viuus ex cœlesti paradiſo iugiter scaturiēs. Hęc: riuis vnuſ ex eo fluēt olympide decurrens/ et ne exarescat fons ille primarius: largiter aquas salutares subministrās. Et quoniam nō sine diuino pr̄sidio atq; indultu ab hominibus hęc primum instituta est: multifida conspicitur et in multas dissecta partes. quandoquidem pro varia temporum conditione/ et qualitate: diuerſi nunc has nunc illas excogitarunt et constituerunt vias/ mundi conculcatrices/ voluptatum contemptri-

Hugo de  
santo Vi-  
ctore.

ces/et opum aspernatrices, quæ tamen omnes multi-  
plicibus compendijs in vnam tendunt metam/ eun-  
demq; terminum et exitum: scilicet cōpletiorēm reli-  
gionis Christianæ custoditionem/ dei pleniorēm ob-  
seruationem/ et per angustam vitę arctitudinem atq;  
austeritatem: a peccati laqueis et pedicis faciliorem  
acleuiorem declinationem. Non ergo vicio dāda ve-  
nit suis determinata numeris/ religionis monasticæ  
multiplicitas: modo plus equo per nouos semper au-  
thores contra ecclesiastica instituta nō excrescat, quā-  
doquidem in vnum eundemq; finem reuocatur om-  
nis ille numerus: vtpote mundi fugam/ et feruentio-  
tem in deum amorem. Sicut enim regina assistens a  
dextris æterni sponsi in vestitu deaurato/ describitur **Psal. 44.**  
circundata varietate: ita plane dei ecclesia/ multifor-  
mi circuamicta monasticæ religionis diuersitate/gra-  
tiorem habet et splēdidiorem ornatum. cum omnem  
illam multitudinem virtutum distinctam pluralitate/  
in suam reuocat unitatem: atq; in illud vnum/ quod  
summa attestante veritate est necessarium. Sic cœlū **Lucæ. 10.**  
multiplici stellarum fulgore adornatum: splendidius  
est atq; lucentius. Sic deniq; terra varijs rēspersa flo-  
ribus/ herbis fructibus et arboribus diuersis reserta:  
decoratio est et aspectu gratiōr. Postremum in hoc  
pulcherrimo totius mundi opificio/ suam declarauit  
sapientiam rerum omniū conditor optimus per mul-  
tifimitatem generum/ specierum/ et indiuiduorum  
ab ipso productorum: quæ tamē omnia vnum testā-  
tur artificem a quo prodierunt. Commendauit autē  
hanc obseruantiam religionis beatus **Hieronymus:** <sup>Hierony-</sup>  
in opusculo quod inscripsit de laude vitæ monasticæ.  
et Ioannes Chrysostomus in eo opere quod tribus <sup>Chrysosto-</sup>  
<sub>mus</sub>

## De laude

Sæc. Tho libris contextuit contra vituperatores vitæ monastici  
mas. & sanctus Thomas Aquinas in libro quem con-  
fecit contra impugnatores monasticæ religionis: &  
pleriq; alij grauissimi patres. ¶ Post quos: actum  
agere viderer/ et stulto labore consumni / cum de hac  
re tantopere prædicata et a tantis celebrata viris/  
sermonem facere aggrediterer : nisi alias esset noster  
ab eorum scribendi ratione/ differendi character &  
stilus. Siquidem illi sublime volantes/ terrisq; relictis  
super astra pernicibus aliis sublati: exacte rem ipsam  
et absolute descripsierunt. hortatorio sermone aut in-  
crepatorio ardua monasticæ religionis officia latius  
explanantes : atq; ex liquidis sacræ scripturæ fonti-  
bus illam vbertim deducentes. Nos vero demissis  
pennis serpentes humi/ neq; in altum attollere vo-  
latum enixi/ tanq; spicas cum Ruth Moabitide col-  
ligentes in agro Boos Bethleemitici post terga me-  
tentium: nonnulla eorum quæ ab ipsis copiose di-  
cta sunt (vbi locus efflagitabit) paucis afferemus in  
medium/ atq; ex vberrimis eorum fontibus exiguo-  
s deducemus riuulos familiari/ domesticoq; loquè-  
di genere (quod facile ab omnibus capi possit) absq;  
orationis fuso/ phaleris oratorijs/ verborumq; leno-  
cinio : de laude monasticæ religionis verba facturi.  
ut rei dicendæ simplicitati: humilitas etiam et tenui-  
tas eloquij consentiat.

¶ Monasticam religionem in veteri testa-  
mento/ certo viuenai ritu significatam es-  
se: & ab antiquis patribus obseruari co-  
ptam.

Cap. II.

**L**ucescet autem ipsius monasticæ religionis excellentia & dignitas/ primum ex antiquitate institutionis eius: eo ipso q[uod] non recens adinuenta est ipsius obseruatio/ aut a leuisbus et nullius pen si hominibus nuper excogitata: sed vestitis constituta temporibus/ atq[ue] a sanctissimis patribus cum verbo tum exemplo commendata. Secundo vero idem patescet: ex legitima constitutione eius ratione et causa. cum euaserit manifestum: omnem eius ordinationem/ euangelicæ doctrinæ & legi(ex qua velut suo primitivo fonte emanauit) esse consonā / fugiendis vicijs amplectendeq[ue] virtuti accommodam / atq[ue] ad inambulandum viam vitę mirum in modum idoneam. Porro cum antiquitas rebus omnibus authoritatem afferre soleat et momentum/ minorisq[ue] aestimari consueuerunt: quae nouasunt aut nuperrime in medium proleta. sic enim antiquos pluris facimus authores: quibus ex ipsa vetustate multum accedit grauitatis. Nam ut locupletissimus testis est Iob: in antiquis est sapientia / et in multo tempore prudentia. Antiquos etiam amplius commendamus amicos: & nouis iure præferimus. Ne derelinquas( inquit Ecclesiasticus) amicum antiquum: nouus enim non erit similis illi. Vinum nouum amicus nouus: veterascet/ et cum suavitate bibes illud. Et euangelicus attestatur sermo: q[uod] nemo habens vinum vetus/ statim vult novum. dicit enim: vetus melius est. Et in linguae latine exornanda locutione præcipitur imprimis honora venustratis et nitoris mater antiquitas, ipsius

## De laude

monasticæ vitæ non parum dilucida fiet praestabilitas: si multis retroactis sæculis ipsius quasi rudi mineralia in tabula depicta ostendatur imago/ et ratio viuendi eius non quidem ad vnguē sed partim & tantum in typo atque figura: monstretur inchoata atque servata. ¶ Et primum sane id dilucet in Nazareis. qui in veteri lege domino per votum ultroneum consecrati: a vulgo communique hominum vita tempore suæ sanctificationis separabantur/ et peculiarem sortiebantur domino instituente viuendi legem. qua iussi sunt a vino et omni eo quod inebriare potest abstinere: nouacula caput non radere/ usque ad completum diem consecrationis suæ. Quid autem ea oblatio qua se deo dediderunt Nazarei ad tempus/ per votum sponteum: aliud nobis designat/ nisi eam professionem quae chorusante nouæ legis luce/ monasticæ vitæ alumnus se in perpetuum monasterio dedicat? Que quidem Nazarei oblatio quanti sit facienda: adapertis glosa super sextum caput libri Numeri/ dicens. Alij votū vitulos/ alijs arietes/ illi domos: Nazarei semetipsum. Hoc est enim votum Nazarei: quod est super omne votum. Filius enim vel filia/ aut pecus aut prædium: extra nos est. Semetipsum vero deo offerre/ nec alieno labore sed proprio placere: perfectius et eminentius est omnibus votis. Sitanti fuit Nazarei votū in lege umbratili et typica/ non perpetuo sed certo quodam tempore obseruandum: quantum putas faciendum est religiosi votū in lege euangelica & archetypa/ et totovitatem reliquæ curriculo tenendum? cù Nazareis Mosaicis nunc respondeat monasticę institutionis cultores. ¶ Rursus leviter Aaronici partē hereditatis iter cæteras tribus Israeliticas in distributione terræ promissionis per sortes fa-

Et non sunt consecuti: quia pars & hereditas illorū erat dominus. Siquidem in libro Numeri ita legitur dñs dixisse ad Aaron. In terra eorū nichil possidebitis: nechabebitis partē inter eos. Ego pars & hereditas tua: in medio filiorū Israel. Filijs autē Leui dedit omnes decimas Israeles in possessionem: pro ministro quo seruunt michi in tabernaculo foederis. Et in Deuteronomio idem repetit dicens. Non habebunt sacerdotes & Leuitæ & omnes qui de eadem tribu: sunt / partem & hereditatem cum reliquo populo Israel: quia sacrificia domini & oblationes eius comedunt: & nichil aliud accipient de possessione fratum: fuorū. Dñs enī ipse est hereditas eorū: sicut locut⁹ est illis. Verū quid hoc aliud nobis pretendit aut insinuat: nisi voluntariæ paupertatis amplectendā deniqz rationē in genere monasticae professionis? Non sortiti sunt iubente domino Leuitici hereditatē in terra: ut designarent abdicationē rerū terrenarum sponte subeundam ijs/ qui in posterū colla sua religionis monasterialis iugo essent submissuri. Deniqz Helias vitpisus & accinctus lumbos zona pellicea/habitans in spelunca & deserta peragrans / pane subcineritio pastus & aqua/ atqz a vidua Sareptana sustentatus: formā religiosę vitę p̄ se fert. auferitatē vestiū/ paritatem vicit et solitudinem domicilij ipso suo exemplo in claustrali religionis habitaculo assumendā demonstrans. Postremū Helyseus impositione palij Helyæ ad eius discipulatum vocatus & vinctus in prophetam/ cum filijs prophetarum domum habēs communem / & a publica hominum congreessione/ cohabitationeqz sequestratus: speciem p̄ se tulit monasticae vitæ, in qua sub uno patre primarioqz

4. Reg. 1.

3. Reg. 19.

3. Reg. 17.

3. Reg. 19.

4. reg. 4.

## De laude

pastore viuunt sub ijsdem tectis disciplinæ regularis  
alumni/filiijq; religionis & discipuli: in silentio/austeri-  
tate & parcimonia domino militantes/mūdo mor-  
tui/viuētes deo. Ecce q̄ multipliciter antiqua lex ob-  
seruationem monasticam cōmendat & presignat.

**C**irca noui testamenti exordium: vario etiam modo signatam esse & cōmendatam monasticæ religionis sortem.

**CAP.III.**



N ipso quoq; noue legis vestibulo atq; introitu: non minus designata est religionis monasticæ cōmendatio & obseruantia. Et primū quidem per Eessenos (quos alij vulgo Esseos. nūcupāt) peculiarem apud Iudeos sectam pa-  
lo ante aduentū domini nostri in carnē sortitos: cōte-  
ptus mūdi & habitationis in solitaria cōgregatione/  
cum austeritate victus & amictus simplicitate/cultri-  
cem atq; amaticem. De quibus Iosephus quinto  
capite decimi octauī libri de antiquitatibus Iudaicis:  
ita refert. Esseni autem ad deum cuncta redigunt/  
immortalem animā dicunt. Iustitiam autē rem pre-  
ciosam: pro qua etiam vscq; ad mortem pugnandum  
esse predican. Omnes illis opes in mediosunt: & ab  
eis omnia possidentur. Nichil amplius inter eos di-  
tior fruitatur: nichil pauperior defraudatur/ac si nī-  
chil omnino possideant. Vxores non ducunt / sacer-  
dotes optimos viros eligunt. Cibus illis simplex est:  
habitus insumptuosus & mundus. Se ab omni con-  
gregatione discernūt/remotim sacrificia faciētes: cul-  
tu vero morū atq; cōuersationibus optimi/ad colen-  
dam terram & exercendā omni studio nitenti. Nec  
illi modo: sed & a lege Mosaica & Christiana prot-

Esseni.

Iosephus

sus alieni:quāndam in mutuo cōuictu & consortio/  
 religionis formā vtcūq; p̄tulerunt.Vt Pythagoras <sup>Pythagoras.</sup>  
 & cōtubernales eius. in quorū cētum & cōgregatio-  
 nē se volens traducere:quicquid pecunie/agri/aut do-  
 morum habebat(vt author est Aulus Gelius) cōfe-  
 rebat in medium:et coibatur inter eos societas inse-  
 parabilis. Apud Indos itē Gymnosophistē cōmunē <sup>Gymnoso-</sup>  
 egerunt vitam:et a publica hominū cōgressione secre <sup>phistæ.</sup>  
 tam.qui cū nec proscindere solum norint/nec aruum  
 colere/nec aurū colare/necequū domare/nec taurum  
 subiūcere/nec ouētondere:mīrū tamē est (vt ait Apu-  
 leius) q; sapiētiā colant/virtutēq; capeſſant et magi-  
 stri ſenes et dīſcipli ſimul iuniores.Sic Aegiptij ſacer-  
 dotes apud Mēphiticos/ Magi apud Persas/ Drui-  
 des olim apud Gallos/ et virgines vestales apud Rho-  
 manos: quandā religioſe obſeruationis vmbra et ef-  
 figiem oſtentabant.vt exinde intelligas:apud omnes  
 fere gentes et nationes hanc abſtractioris et asperio-  
 ris vīte rationē quoquo modo fuīſe tentatam.Verū  
 ab alienigenis ad noſtrates/ flectamus orationis ha-  
 benas. Quid queſo eximius ille et inter natos mulie-  
 rum maximus/Ioānes baptiſta:a teneris ānis in de- <sup>Matth. 11.</sup>  
 ferto degens/zona pellicea more Helię ſuccinct⁹/ve-  
 ſitus pilis camelorum/locutas ſilueſtres in cibū ſu- <sup>Marci. 1.</sup>  
 mens et aquā in potum/ſeipſum exhibuit:nisi claris-  
 ſimum religionis ſpeculum et lucidissimū exēplar?  
 in quod defigentes oculos et totam mentis aciem  
 cōuertentes/perspicue cōtuentur:quo modo deligē-  
 da ſit ſegregatio a cōmuni hominū frequentia et con-  
 ſortio/assumenda amictus asperitas/victus parcimo-  
 nia ſpiritualiaq; capeſſenda exercitia/ijs:qui in via re-  
 ligionis/ mundi contempricis rite progredi/et ſine

## De laude

offensione pedis ad lapidem præparationis obam-  
Chrysostos  
stomus. bulare volunt. De quo Ioannes Chrysostomus hoc  
dicit præconium. Ioannes est princeps monachorū.  
Ipse monachus statim vt natus est: in eremū iuit/in  
eremo nutritur/ Christū expectat in solitudine. De-  
niq; apostoli accepto spiritu sancto/ religionis mona-  
sticæ ducem & magistrā duxerunt vitā:cū quisq; in  
eorū admissus societatem diuenditis & distractis  
omnibus quæ habebat: posuit preciū ad pedes apo-

Actuū. 4. stolorum/& in commune cōferebat. cum nullus / eo-  
rum quæ possidebat aliquid suum esse dicebat: sed  
erant illis omnia communia/ & diuidebatur singulis  
prout cuiq; opus erat. Si itaq; non esset a deo hoc vi-  
uendi genus: quomodo sp̄ritus sancti charismate af-  
fatim repleti apostoli/ illud in primitiua ecclesiæ fun-  
datione fuissent amplexi? Si a Christiana dissentiret  
religione/ & non eam ad perfectum proueheret atq;  
promoueret monastica professio: quid eam suo pro-  
bassent exemplo principes illi/ & duces delecti a deo  
ad stabiliendā cum verbis tum operibus toto in or-  
be Christianam religionem? Neq; solum post susce-  
ptam sp̄ritus sancti exuberantiam in die penteco-  
stes: sed & quando ante passionem Christi cum ipso  
diuersarentur apostoli / ritum monasticę vīte quodā

Matth. 19. modo inchoarunt. cum relictis omnibus Christum  
in paupertate secuti sunt/ cum sine facco et pera et

Lucæ. 9. calceamentis ad annūciandū euangeliū regni mis-  
si/ neq; duas quidem tunicas habuere. cum deniq; cō-  
muniviciitātes mensa et cibo cum domino : tanq; fi-  
lij sub eodē patre/ discipulī sub magistro/ fratres sub  
eodem (vt ita dixerim) abbatē/ vitam transegerunt.  
Ecce Christo duce et auspice Christo obseruatā ab

apostolis monasticę obseruationis normam/ regulā/ et veritatē. quod argumento est; eā a dño probatam haberi & cōmendatā. ¶ Verū inquies cōmendatio- ne quidē dignā esse monasticā vitā; si modo examus sim & integre seruaretur secundū primā patrū cōsti- tutionē/ si suo primitiuo cerneretur effulgere decore/ aut elegāti illa enitesceret virtutū & vītē pulchritudi- ne: in quo primū a patrib⁹ est ordinata. si deniq⁹ anti- quam illā seruaret decentiā/concinnitatē et integrita tem; in qua legit̄a primis authoribus fuisse fundata. Sed tantā nūc passim est videre a prima illa regulari ordinatione plapsionē/diſcessionē/ et deformitatē: vt ob illā merito vituperetur monastica pfeffio/ iprobe tur/ et dānetur. Nūc probro datur/exhibilatur/ et ca- chinis irridetur hoc vītē genus; ob insolētiā/turpitudi nem/ et improbitatē eorū qui illā professi sunt/ & mi- nime secundū suā vocationē viuūt. vt merito de illis di- ci possit illud Threnorū Hieremīa lamentū. Quo- modo obscuratū est aurū/ mutatus est color optim⁹? disperſi sunt lapides sanctuarij in capite omniū pla- tearū. ¶ Sed cōsydera qui hęc obiectas/ nō attendē- dam esse multiplicē( q̄ proh dolor nimiū nostra iuale scit tēpestate) a primaria religionis institutione ober- rationē/exorbitationē/ & degenerationē: si rectū de ipsa velis ferre & exactū iudiciū. sed ad primitiuā illā constitutionē/ qua a primis suis authorib⁹ rectissime est ordinata: p̄cipue animaduertēdū. & secundū hāc: de illa diiudicandū/ ferēdāq⁹ sententiā. Cōsimili etenī ratione Christianā quoq⁹ dānares religionē: quia plu- rimi eius trāsgressores opibus congerēdis inhiant/ ra- pinas exercent/ delitijs defluunt/ honores ambiunt: que omnia/ lex euangelica distictius prohibet. Ve- b j

## De laude

Rhoma.7. rum sicut lex dei immaculata est/ & mandatū sanctū et iuslū: q̄ uis ab ea cōplures deuient et digrediātur p viciorū abrupta præcipites. ita et disciplina monasti- ca/ recta est et equa/ratiōi naturali diuinisq̄ eloquijs omnimode cōformis: tametsi pmulti illā morū ipro- bitate puaricātur et violāt. non quidē ob culpā aut imperfectionē vītē claustralīs: sed ob ppriā nequitiā et peruersitatē. Parī etiā iure/ optima queq̄ reipubli- ce bene institutē lex iprobaretur: q̄ a ciuib⁹ plerūq̄ ob cupiditatē aut isolētiā animi cōculcari et solui illā vītu venit atq̄ cōspicīt. Ceterū i monasterij disciplina/ Christiana lege/ et reipublice decretis vt recta et soli- da esse dinoscantur: non quid faciant homines/ sed quidnam secūdum illorū prēcepta et regulas facere debeant/ aduertendum est.

¶ Q post legis euangelicę inchoationem; approba- ta est ex sanctorum patrum multiformi institutione/ monastica religio.

Cap. III.

  
Ed age ostēdamus post plantatā apo- stolica cultura ecclesiā Christianam/ post fundatā supra firmam petrā pri- morū patrū verbis & signis fidelū in Christo regeneratorū congregationē: monasticā religionē mirifice excultam fuisse/ et diuersis priscorū patrū institutis magnopere propagatā. Inter quos primo fere loco apud Alexā driā Aegypti fuit a sancto Marco euāgelista cōstitu- ta ecclēsia: apostolice vītē imitatrix ac emula/ mona- sticeq̄ p̄fessionis austeritate et ritu celeberrima. Quā maiore in modū cōmendauit suis scriptis Philo Iu- deus/ vir disertissim⁹ licet a nostra religione alien⁹: et Iudaicas traditiōes quas a majorib⁹ accepat/ Chri-

Marc⁹ eu-  
angelista.

Philo.

stianæ preferens pietati, quæ admodum ex illo testimoniū adducit historia ecclesiastica / libri secundi capite decimo octauo : ita victū & viuēdi gen⁹ illius Alexādrinę ecclesię de promēs. Primo omniū (iquit) renūciat cūctis facultatib⁹ suis : q̄ se ad huiusmodi philosop̄iā dederint. Tū deinde ōnes vitę sollicitudines procul ab iūciūt: et extra urbē egressi / i hortulis vel exiguis quibusq; agellis degūt / refugiētes i paris ppositi confortia et vitæ dissimilis cōtubernia: sciētes ipedimēto esse hæc / arduū volētibus iter virtutis icēdere. Ab ortu autē diei vſq; ad vesperā / ōne eis spaciū in studiorū exercitijs dicitur: quib⁹ ad diuinā philosophiā p̄ sacras litteras ibuūtur / patrū leges in allegorīcā intelligentiā deducētes. Cōtinentiā vero velut fundamētū quoddā primo i aia collocat: et ita demū reliquas super hāc pergūt edificare virtutes. Cibum / potūq; nullus eorū capit ante solis occasum: videlicet tēpus lucis cum philosophiæ studijs / curam vero corporis cum nocte sociātes. Nōnulli autē etiam post triduum in communionē veniunt cibi. Alij vero in eruditionibus sapientiæ et in profundiore intelligentia sacerorū voluminum adeo assidue conuersantur: vt illis tanq; copiosis dapibus inhiantes / nec quarto iam nec quieto sed sexto demū die non tam defyderatū q̄ necessarium corpori indulgeat cibū. Deinceps post pauca subiungit. Cū viris autē quos dicimus / sunt et fœmine. i quibus plures iam grādeuq; sunt virgines / integritatē casti corporis nō necessitate aliqua sed deuotione seruantes: dum sapientiæ studijs semet gestiunt non solum animo sed et corpore consecrare. indignum ducentes: libidini mancipare vas ad capiendā sapiētiā preparatum / et adere mortalem partū eas a quibus

## De laude

diuiní verbi concubitus sacrosanctus & immortalis  
expetitur: ex quo posteritas relinquatur nequaquam cor-  
ruptelē mortalitatis obnoxia. Vīnū quidē nemo om-  
nino nec gustu quidē cōtingit: sed nec quālibet carnē.  
Tantum autē aqua eis est poculū: & panis cum sale  
vel hyssopo/cibis. Plura itidē alia illius sancte cōgre-  
gationis Alexādrinæ cōmēdatoria: supradicto Ec-  
clesiastice historiæ loco denarrata cōperies.

Basilus.

Augustinus.  
Hieronymus.

Benedictus.

Psal. 79.

Dominicus.  
Franciscus.

Bernardus  
Carthusij.  
Cœlestini.

Deide Basilus cū doctrina tū vītæ sanctitate magnū regu-  
lam conscripsit monasticam: qua mūndus contēnatur/  
et in contemplationis quietem/animi deo sub talī du-  
ce militantium: ex sacerdūlī fluctibus horrisonis tradu-  
cantur. Nec minus duæ illæ ecclesiæ columnæ & lu-  
cernæ super candelabrum posite vt luceant doctrina et  
sanctimonia omnibus qui in domo dei sunt. Augu-  
stinus et Hieronymus: regulas cōstituerūt/ quibus in  
austeritate monasteriali et quiete/ spirituale militiā  
sub his ducibus fideles exercerēt. Successit illis bea-  
tus pater Benedictus/ tanq̄ fructuosa radix plātara  
in agro religionis: ex qua multi prodierūt palmites/  
fertiles admodū & extēdentes suas ppagines usq; ad  
extremū terrę. vt mōtes i pleuerit vmbra eius: & arbu-  
sta eius fuerint sicut cedri dei. Nō enī paucis explicare  
queā: quot ex illa primaria radice pullularint fru-  
tices foecūdi/ & copioso cumulati religionis fructu: in  
totum fere terrarū orbē diffusū. Quid memorē bea-  
tos Dñicū et Franciscū: diuinā reuelatione accitos et  
vocatos ad extruendā fratrum pdicatorū & minorū re-  
ligionē/ & deo in nuda paupertate atq; vīctu emēdica-  
to misstrādū. Prētereo exīmū patrē Bernardū/ Car-  
thusios/ Cœlestinos/ & cæteros vītē excellentia atq;  
integritate præclaros: qui totis enīxi sunt viribus cer-

ta cœnobiorum genera constituere / a vita sœulari se-  
mota / & ad solitudinis ocium inducētia. Cum igitur  
tot patronis suffulta sit institutio monastica / tot ha-  
beat et tantos authores / non plebeios nec vulgares  
sed celebratissimos viros quorum laudes nulla tace-  
bit aetas / quorum claritudinem & inclytam famam to-  
ta personabit posteritas: quis nisi mentis inops ausit  
id vitę institutum improbare / quod nunc didicit tan-  
to tempore & a grauissimis viris esse approbatum?  
**C**Qz religio monastica / ob ea q̄ tradit obseruāda: nō  
mediocrem etiam cōmendationē meretur. Cap. V.



Eliquum est vt cōmendabilē ostenda-  
mus monasticā religionē: dilucidare  
ea quę tradit generatiōnē obseruanda/  
et quęnā habet oībus religiosis domi-  
bus cōmunia instituta: quib⁹ tanq̄ ba-  
sibus innititur / quib⁹ vt fulcris muni-  
ta stabilitur. Sanelegimus in Exodus Mosem illū le-  
giferū cū mitteretur a dño ad Pharaonē vt liberaret  
populum Israeliticū ex Aegypto: iussum dicere inter  
cetera Pharaoni. Ibimus viā triū dierū in solitudinē:  
vt imolemus dñō deo nostro. Q uod plane Mosi ver-  
bum: nostro non absolum est proposito. Aegyptus  
nāq̄ / tenebræ interpretatur: et tenebricosi huius mūdi-  
vitęq; sœularis est figura. Pharao itidē affligens op-  
pressione tyrannica populum dei: principis huius mū-  
di (cuius erat mēbrum) typum tenet. Q uisquis igitur  
hanc sœuli vitā perosus / de tenebris pētōrū & fatha-  
nē tyrannide per monasticę vitę professionē contēdit  
euadere: opus est illi vt triū dierum viā trāsmisso ma-  
ti rubro et duce Mose / cum populo Israelitico pera-  
gat in solitudine, atq; in vita solitaria / secreta scilicet

Exod. 3..

## De laude

a turbæ vulgaris et mundanæ strepitu: trium obseruet virtutum semitam. qua ad mōtem/sublimitatem scilicet perfectionis monastice pertingat/& ad ipsam euectus: immolet deo sacrificium laudis. Est autem primæ diei iter ad ambulandū in via religionis claustralīs; obediētia& promptitudo. secundē; paupertatis expedita āplexatio. tertie vero: caſlitatis illibata integritas. Qz si forte vnius horū dierum iter defuerit: fatuscet media in via arduū religionis callē ingressus. &

3. Reg. 19.

delassatus: ad montem illum domini Oreb (ad quem peruenit Helias: & diuina reuelatione dignus habitus est) ad mōtem etiam Sinai (in quo dominus Mo

si apparuit: & tabulas legis tradidit) haudquaq; pertinget. Itaq; quisquis periculosam mundi huius vitam exosus/ iam animo concepit angustum religio-

nis callem ingredi et confidere: dicat cum Mose intrepido

Exo. 8.

s coram Pharaone. Viam trium dierum perge-

mus in solitudinem: et sacrificabim⁹ domino deo no-

stro/ sicut præcepit nobis. Siquidem obedientia: sa-

cificium est deo acceptum. paupertas itidem & ca-

ſitas: gratissima deo est sacrificatio. Et qui hæc tria

studiosus impleuerit: triplici sacrificio domino deo

sacrificat/ omnem pecudum & hostiarum oblationē

longe excedente. Cæterum nonsine ratione: trium

illorum dierum iter interpretātur authores qui my-

sticum hunc sensum meditati sunt/ trium predictarū

virtutum custodiam atq; obseruationem. quandoqui

dem illæ tribus aduersantur vicijs præcipuis: quibus

humani generis hostis extremam animis nostris mo-

litur perniciem/ caſtraq; habent trifauci cerbero op-

posita/ & contrarijs militant signis. Siquidem ut at-

testatur beatus Ioannes in prima sua epistola catho-

lica. omne quod est in mundo: concupiscentia carnis 1.Ioan.2.  
 est et concupiscentia oculorum & superbia vitae: que  
 non est ex patre sed ex mundo est. Id est. quicquid  
 mundi huius viam deo neglecto sequitur: aut volu-  
 ptas est libidinosa carnis/ aut auaritia/ aut elatio ani-  
 mi ambientis honores. Hæc plane sunt tria retia:  
 quibus sathanas incautas hominum inuoluit ani-  
 mas. His sunt tres laquei: quibus innumeros homines  
 princeps huius mundi implicat/ & deiscit in perditio-  
 nis barathrum. Hic deniq; funiculus triplex difficile  
 rumpitur: nisi triplex adhibetur virtutum opposi-  
 tarum nexus & vinculum. Porro concupiscentia car-  
 nis contranititur syncera castitas: carnem edomans  
 et in seruitutem redicens/ ut spiritui obsequatur. Co-  
 cupiscentia vero oculorum & cupiditati opum repu-  
 gnat voluntaria paupertas: omnia pro Christo abi-  
 eiens ut nudum ipsum sequatur. Deniq; superbie vi-  
 ta obluctatur obedientia: superiori prompte se sub-  
 mittens/ & propriam abnegans voluntatem. Itaq;  
 hoc trifidum iter/castitatis/paupertatis/ & obedien-  
 tiæ: ad comparandam sibi in monastica professione  
 perfectionem / maiorem in modum conducit/ atq;  
 ad triplicem mundi huius disrumpendum laqueum  
 mirifice confert.

**C**Q; religionis monasticae status/ non omnino cum  
 assumitur iam perfectus est; sed via ad obtinendam  
 perfectionem ducens. Cap.VI.

 Vemadmodum autem populus Israeliticus.  
 cum pertransito mari rubro peragraret tri-  
 um illorum dierum iter: neandum ad mon-  
 tem dei peruenerat/ sed illuc tendebat/ et  
 quotidiano ad illum gressu ferebatur. ita qui religionis

## De laude

monasticæ viam capeſſit / & triū illarū virtutū obſer-  
uationī voto ſe aſtringit: nō protin⁹ iā perfectus euas-  
ſit / ſed viam arripiuit qua ad perfectionē p̄grediatuſ.

**Matth. 19.** Si viſ (inquit dominus in euāgelio) perfectus eſſe: va-  
de et vēde omnia quę habes & da pauperibus / & ſe-  
quere me. Vbi liquido iñſinuat: bonorū omniū vēdi-  
tionem & in pauperes erogationē viam eſſe & mediū  
perueriēdī in perfectionē. Sic in collationib⁹ patrū

**Cassianus.** abbas Moſes (vt author eſt Cassianus) ait. Ieunia/  
vigiliæ / meditatō ſcripturarū / nuditas / & priuatio fa-  
cultatum / non perfectio ſed perfectionis instrumenta  
ſunt / rec in iñſis cōfliſit disciplinae finis: ſed per illa de-  
uadit. n̄ ad f r̄. qua nō oratiō religiosus pfectus eſt:  
ſed tamē perſecū liabit ſtatū. Et ſane cum adole-  
ſcentulus lucū litterariū frequentās & ferulę manum  
ſubdens / ſcolaſtico labore atq; quotidiano litteras di-  
ſcit: nō eo ipſo ſe doctū & eruditū pfitetur / ſed affe-  
ctum defyderio vt doctrinā ſibi cōparet / & litterarū  
peritus euadat. Haud aliter ſubiens religionis onus:  
non vēdicat ſibi perfectionis apicē neq; ad tantū cul-  
men ſe conſcēdiffe arrogat. ſed viā ſe ingressum eſſe  
teſtatur: qua ad ſublimitatē perfectionis tādē proue-  
hatur. Q uo ſit vt eximia cognoscatur eſſe & pſtabi-  
lis admodū / religionis ſuceptio: per quā quod animę  
ſalutem ipedit / pcul repellitur. & quod eidē pfectio-  
nem confert: exercitio / aſſiduaq; disciplina potiſſimū  
cōquiritur / augescit & fouetur. Eniuero ſalutis hūang  
ſūma: in charitatis synceritate / ardoreq; cōſiſtit. Cha-  
**Augustin⁹.** ritatis aut̄ venenū (vt ait Augustin⁹) eſt cupiditas. mi-  
nus (inquit) te amat dñe deus: quicūq; p̄ter te aliquid  
amat / quod nō propter te amat. Itaq; ybi cupiditas  
inualescit in homine: imminuitur charitas. cum au-

tem ediuerso exardescit charitas: expellitur cupiditas. Sicut enim teste Gregorio/ tanto minus superna Gregorius quis diligit: quanto magis in infimis delectatur. ita contra/quanto quanto quis coelestia ardenter affectat: tanto minus terrenis rebus oblectatur. At vero cupiditas ipsa et terrenorum affectio: potissimum per tria predicta religionis vota imminuitur / debilitatur/et frangitur. Nempe voluptatum carnis concupiscentia su sollicitur per vitę castimoniā/ auiditas pecunie per spōtaneā paupertatē/ et proprię excellētię cupiditas per obedientiam. Magna igitur est religionis monastice dignitas & præstantia: per quā charitas deo strictius nos vniens/ q̄ maxime cōparatur/nutritur/ac adaugeatur. Proinde Bernardus monasteriale obseruatione/ secundū vocat baptisma: q̄ suos alūnos deo renouat/ confitimesq̄ reddit. Dicit enim in libro de p̄cepto & dispensatione. Audire vultis a me/ vnde inter cetera penitentię inslita/ monasterialis disciplina hanc meruerit prærogatiuam: vt secundum baptisma nūcupetur. Arbitror ob perfectam mundi renūciatiōnem et singularem excellentiam vitę spiritualis: quæ præminet vniuersis vitę humanę generibus. Huiusmodi conuersatio: professores & amatores suos/dissimiles hominibus/ similes angelis facit. immo diuinā in homine reformat imaginem/ configurans Christo instar baptismi: dum per id q̄ mortificainus mē-Colos. 3. bra nostra quę sunt super terram / rursus Christum induimus/cōplantati similitudini mortis eius. Qui immo nonnulli authores non ignobiles scripto reliquerunt: omnia peccata pr̄terita in ipsa religionis susceptione haud sec⁹ atq̄ baptismo deleri. Deniq̄ beatus Gregorius professionem religionis vocat holo-Gregorius.

## De laude

caustum: quo totum deo offertur/ & inter omnia sa-  
crificiorum genera habebatur potissimum. Siquidē  
super Ezechielem ita dicit. Qui ex possessis rebus  
subsidia egentibus ministrant: in bonis quæ faciunt  
sacrificium offerunt/ ex eo q[uod] aliquid deo immolant  
et aliquid sibi reseruant. Qui vero nichil sibi reser-  
uant: offerunt holocaustum/ quod est maius sacri-  
ficio. Sed quinam rogo sunt qui nichil sibi reseruant?  
nonne religiosi/ monasticam profitentes vitam: opes/

**Gregorius.** corpus/ & animam propriam abdicantes? Idē quoq[ue]  
paulo post eodem loco. Sicut holocaustum est perfe-  
ctius legis sacrificium/ quia totum incenditur: sic qui  
nichil sibi reseruant/ sed sensum linguam atq[ue] substā-  
tiā omnipotenti immolant solenni voto/ ut omni-  
no se deo mancipent: perfectiorem habent statum?

**Hierony-  
mus.** cuiusmodi est religio. Hieronymus itidem perfectio-  
nem monasticæ arctitudinis magnopere commen-  
dat plerisq[ue] in locis suarū epistolarum: & præsertim  
in epistola ad Iulianum/ cum ait. Apostoli gloriātut

**Matth. 19.** quia omnia dimiserunt & secuti sunt saluatorem: & cer-  
te præter retia & nauē nichil eos legim⁹ dimisisse: &  
tamen testimonio futuri iudicis coronantur: quia se  
offerentes/ totum dimiserant quod habebant. Idem  
etiam in epistola ad Pāmachium ait. Zacheus diues

**Lucæ . 19.** erat: apostoli pauperes. Reddidit ille quadruplū eius  
quod rapuerat: diuisitq[ue] pauperibus partem substā-  
tiæ que remāserat. tamen quia parvus erat/ & in apo-  
stolicam proceritatem non se potuit extendere: non  
fuit in duodecim apostolorum numero. Apostoli  
autem quantū ad diuitias/ nichil: quantū ad volūta-  
tem/ totū mundū pariter reliquerūt. Apostolicae au-  
tem vitæ sectatores & asseclæ sunt: qui religionis ob-

seruandæ disciplinæ sese astrinxerunt. Deniq; idem Hieronymus in epistola ad Paulinum ait. Philosop<sup>hus</sup> gloriæ animal/ & popularis auræ vile mancipi<sup>mus.</sup> um: totam semel sarcinā depositū. Et tu te ipsum reputas in culmine virtutū constitutū: si partem ex toto offeras? Te vult dominus: non tua. te (inquit) vult hostiam viuam/ placentem deo. Qui autem monasterij regulæ se per professionem subdit: seipsum hostiam deo offert. exinde igitur ad virtutum culmen assiduo virtutis vsu haud difficile potest euadere.

**C**ontra magnam esse adhibendam diligentiam/ ut quod deo in religione monastica vouetur: integre eidem persoluatur.

## Cap.VII.

Erum quanto augustinior est & sublimior religionis monasticae dignitas: tanto grauior est & nocentior ab ea prolapsio/ pectorum deo prelatorum transgressio- nem atq; solutionē. Quanto enī gradus altior est (vt ait Gregorius) tanto casus <sup>Gregorius.</sup> grauior. Et sanctus Augustinus inquit. Sicut nō me Augustinus mini me vidisse meliores ijs qui in religione profecerunt: ita nec eis deteriores qui in illa defecerunt & prolapsi sunt. Proinde summopere est curandum/ vt quæ vota soleni & celebri astrictione facta sunt in religionis professione: ea religiosi illabefacta iuiolataq; seruent. assidue id animo volutates/ q; si quis regi aut principi aut cuiq; magna authoritatis aut grauitatis viro promisisset vltro se quippiā facturū: habereſ proſuſ iprobus & infidelis/ si suæ pollicitationi non ſatisfaceret/ aut eam opere nō exequeretur. quāto ergo magis damnandū est & animę exitiale: si deo (qui rex est ois terre; imortalis & omnipotens) quippiā voto

## De laude

fuerit promissum/ quod tamen re ipsa non cōpletur  
vti par est. Id solicite nos admonet psalmus dicens.

Vouete et reddite domino deo vestro: omnes qui in  
circuitu eius affertis munera. Cui autem reddenda  
sunt vota: terrifice subiungit. terribili (inquit) & ei qui  
aufert spiritum principum: terribili apud omnes re-  
ges terrę. Rursum & alio loco psalmus. Redde altissi-  
mo vota tua. Cui accedit Ecclesiastes dicens. Siquid  
vouisti deo: ne moreris reddere. displicet enim ei: insi-  
delis & stulta missio. Sed quodcumq; voueris red-  
de. multoq; melius est non vouere: q; post votū pro-  
missa non reddere. Enīmuero si ruina est homini (vt  
ait sapiēs) deuotare sanctos/ & post vota retractare:  
nōne pauciori iure perniciōsum est homini/ deo (qui  
sanctus est sanctorum: & omnes sanctificans) votum  
ēdere/ & illud mīme p̄fiscere? Plane liberū est cuius/  
se in principio per votum religionis astringere deo:  
aut ab illa obligatione supersedere/ & cōmunem in-  
ter homines vitam agere. Vbi vero p̄stlitū fuerit vo-  
tum: quod prius erat consilij/ iam transit in p̄ceptū  
neq; libertas relicta est homini: ab eo voto resiliendi

pedemq; reuocandi. Quod Augustinus ita confir-  
mat. Ante votū (inquit) liberum erat reddere: sed ne-  
cessariū salutē post votū. Voto nāq; cōsilia: vobis fa-  
cta sunt p̄cepta/ & libera; necessaria. Quē admodum  
in Leuitico dīclū est Mosi. Omne quod domino con-  
secratur siue homo fuerit siue animal: non veniet nec  
redimi poterit. quicquid semelfuerit consecratū: san-  
ctum sanctorum erit. Rursum in libro Numeri dīs

Nume. 30. ad eundem. Si quis virorum votum domino vouerit/  
aut se cōstrinxerit iuramento: non faciet irritum verbū  
suum/ sed omne quod promisit implebit. Qz si qui at-

Psal. 75.

Psal. 49.

Eccēs. 5.

Prouer. 20.

Augustinus

Leuit. 27.

Nume. 30.

tentauerint irritū facere verbū suum / & votū infringe-  
gere: tanque pr&uaricatores pmissi/transgressores fidei  
date & fœdifragi a domino abijscentur/ similesque ha-  
bebuntur vxori Loth: quæ contra præceptum ange- Gene. 19.  
li respiciens retro cum Sodomis egressa foret/ conuer-  
sa est in statuam salis. Cuius exemplū/dominus no-  
ster apud Lucam animis nostris studiose obijscit: di-  
cens. Memores estote vxoris Loth. Idem quoque pro- Lucae. 17.  
gressorum in via virtutis/ & ignavia torpentium mar-  
centiūque ocio damnat inertiam; cum ait. Nemo mit- Lucae. 9.  
tens manum ad aratum & aspiciens retro: aptus est  
regno dei. Sane qui magno animi feruore religio-  
nis subiere iugum/ et deinde elanguentes pigro tor-  
pore suspirant ad cōuersationem mundi pristinam/  
votaque deo promissa temere iſfringūt: persimiles sunt  
ijsqui de populo Israelitico demorātes in deserto/ su- Nume. 11.  
spirabant post ollas carniū Aegypti/ quibus in men-  
te venerūt pepones/cepe & allia/panisque in saturita-  
te māducatus. qui tandem eo deuenerūt insanię: vt di-  
ixerint. Constituamus nobis ducē: & reuertamur in Nume. 14.  
Aegyptum. Verum vt hiterrā promissionis lacte &  
melle manantē non introicerūt: sed prostrati fuerunt  
in deserto & in sepulchrīs cōcupiscentię tumulati. ita  
neque qui suscepto religionis habitu aspirāt ad vitam  
secularem/ & licentius nulla voti habita ratione/ quod se-  
culi homines viuūt: aternā introibūt requiem. Cum  
enim diuinum iam vita defuncti subierint examen:  
proferetur scriptū illud ante tribunal Christi ab an-  
gelis/ quo in conspectu totius monasterij deo polliciti  
sunt cōuersione morū et stabilitatē sui ordinis secūdū  
sui primarij fundatoris regulā. & quonā pacto eam  
tenuerint: districte requiretur. Ita enī sanctus pater

## De laude.

Effrem ere et anachorita Effrem sermone quinto (qui est de iudicio post resurrectionem futuro) dicit de uno quoque Christiano id formandū. Exigetur a singulis fides in pace illibata / sigillūque infractū / & tunica iconiquinata: secundū pulchrā illā confessionē / quā corā multis testibus confessi sunt dicentes. Ab renūciō tibi satana et omnib⁹ operibus tuis huiusmodi præclara ab renūciatio requiretur a nobis in illa hora. q̄ vero beatus erit: qui illā (vt pollicitus est) diligenter / integrè seruauit. Et paulo post eodē loco. Hāc ab renūciationē angelī in hora baptismatis scribūt: hæc a nobis omnib⁹ Christianis cōfessio exigitur iudicij tempore. Scri

Math. 12. ptū est enī. Ex verbis tuis iustificaberis: & ex verbis

Lucæ. 19. tuis cōdemnaberis. Et iterū. De ore tuo te iudico: serue næquā. Hæc sanctus Effrem. ¶ In illa etiā distinx̄ta diuinī iudicij hora / locū nō habebit excusatio illa in peccatis: quā pretendūt nonnulli viuētes dissolute in monasterijs a disciplina regulari prolapsis / & recusantes totis viribus morū reformationē in seip̄sis. qua dicunt / ea intentione se ingressos esse illā domū monachalē: vt in ipsa viuerent secundū consuetudinē tunc cum ingrederent obseruatā / neq; se aliud putant deo voulisse. Siquidem hi & seip̄sos & alios fallūt: neq; satis attendunt verba suę professionis / per quā promiserunt conuersiōne morū et stabilitatem / permanētiāmque continuam vitæ monachalis: secundum regulam sancti Benedicti / aut alterius cuiuspiā / cœnobitacē vitæ authoris. Huiusmodi autem consuetudo solutius viuendi & morum corruptela: non est secundū eam regulam cui se obstrinxerūt / sed omnino illi contraria. Quocirca illi ex voto suo astringuntur ad integrām & solidam regulā suę obseruationem in refor-

matione morum: & si securi fecerint: versantur in periculo sue salutis. Neque quispiam glorietur apud se habens degens vitam: quod patrem habeat suam professionis Augustinum aut Benedictum. quoniam in discussione illa & trutinatione diuini iudicij is sanctus. contra voti fractorem testis erit regulae sue violatae & huiusmodi transgressionis penas exiget a deo. qui fuisse set apud diuinam maiestatem (si integre fuissent completea vota: si regula ad vnguem seruata) sui in religione filij patronus/ interpellator & aduocatus. Non igitur quispiam iactitet: quod patrem habeat sue institutionis monasticæ sanctum Benedictum. quoniam si Benedictus pater eius est: opera Benedicti faciat. alioqui falso sibi eum ascribit patrem: cuius vitam acta / & opera non imitatur. Ita plane dominus Iudeis gloriabitibus quod patrem haberent Abrahā: respondit. Si Abraham pater vester est: opera Abraham he facite. significans hisce verbis/ nemine debere illum sibi patrem ascribere aut asciscere: a cuius bonis mortibus vita & probitate degenerat. ¶ Neque amici religionis aut nomine exteriorue cultus aut locus: quempiam apud deum salutis securum aut tutum reddunt. quādoquidem haec omnia ad grauiorē damnationis cumulum exaggerant: si mores & vita recta (quorum index esse debet exterior habitus) illis non respondeat. Et precellent si quod huiusmodis fuit illo fulmine & tonitruo maledictionis: quod interminatus est dominus scribis & phariseis/ qui mudabāt quod de foris erat calicis et parapsidis: itus autem plenius erat rapina & immunditia. quos etiam assimilauit sepulchris dealbatis/ que a foris parent hominibus speciosa: intus vero plena sunt offibus mortuorum et omni spurcitia. Ethicū idē locum

Ioan. 8.

Matth. 23.

## De laude

Augustinus habet quod ait Augustinus. Simulata æquitas non est æquitas: sed duplex iniqüitas. Non enim religiosum facit hominē aut nomen aut habitus aut locus: sed sinceritas animi et vitæ integritas. Et quēadmodum dicit venerabilis pater Hugo de sancto Vīctore. Hugo de  
fancio Vīctore.

non ornat religiosum nitor corporis aut vestium: sed morum. & spiritualis magis quærenda est munditia: q̄ corporalis.

**C**Q uo modo obediētia: scripturę testimonio & exēplis/ sanctorum etiam patrum sententijs commenda ta est & obseruanda.

Cap. VIII.



Eliquum est de tribus supradictis virtutibus (in quarū exercitio & officijs: tota religionis monastice summa consistit) generatim verba facere/ et quōmodo ex euangelica doctrina deprōptae sunt: palam ostendere. ne quis cauilletur humanū inuentū esse monasticā institutiōnem: vbi eam perspexerit in euangelicā veritatis basi atq; fundamento esse collocatā atq; cōsolidatam. Earum prima (ad quā obseruandā quisq; religiosus se voto constrinxit) est obedientia: a dñō cōmendata in euāgeliō/ cū dicit. Siquis vult venire post me: abneget semetipsū/ et tollat crucē suā et sequatur me. Nulla autem verior aut pfectior sui abnegatio: q̄ propriæ abdicatio voluntatis/ et illius propter deum ad alterius arbitriū subiectio. Qui enim bona sua venūdet/ et dispartitus est pauperibꝫ: ea quæ extratia sunt et sibi extrinseca/ abnegauit. Qui insuper per castitatem et sanctimoniam vitæ corporis refrenauit oblectamenta: corpus iam abnegauit et eius delitias. quod non visq; adeo intīmū est et homini propriū atq; pe-

Lucas. 9.

culiare: ut libertas voluntatis. Qui vero per obedientiam abiecit propriam voluntatem; iam id quod hominis est maxime proprium/ & minime cum brutis animatibus commune (quoadmodum sunt corporis functiones) abnegavit/ & in quo maxime nobilitas humanae conditionis elucet. Quid enim dignius in homine inuenias/ aut maiorem obtinet principatum/dominiumque et excellenter indicium appetitus: quam libertatem voluntatis? quid iterum penitus aut interior homini quam liberum arbitrium? quod in penetralibus & abditissimo animae sinu suam collocauit sedem. Itaque qui propriam voluntatem perfecte submisit alterius iudicio atque arbitratui: quod maximum et praestantissimum in se habuit/ quod sibi maxime intimum et proprium: ablegauit a se/ & in alterius tradidit manus. Nimirum igitur haec perfectissima censetur/ et longe alijs verioris sui abnegatio. Quae itidem a domino comedatur in euangelio: cum discipulis/ & ipsis autem nomine quibusque platis dicit. Qui vos audit: me audi. et qui vos spernit: me spernit. Quod amplius explicans Bernardus in libro de dispensatione et precepto: ait. Obedientia quae maioribus debetur: deo exhibetur. Quoniam obrem quicquid vice dei precipit homo: omnia accipienda sunt atri praecepit deus. Rursum dominus noster de scribis & phariseis sedebitis super cathedram Mosi/ licet peruersam ducent vitam: ait. Quae dicunt facite: quae autem faciunt Matth. 23. nolite facere. Quo quidem verbo designauit/ prelati etiam improbi esse obtemperandum: vitam autem eorum peruersam minime imitandam. Et Hieronymus ad Rusticum monachum. Praepositum monasterij timeas ut dominum/ diligas ut patrem. credas esse salutare: quicquid ille praeciperit. nec de.

## De laude

- Deute. 6. maioris sententia iudices: cuius officij est obedire. et  
implere quæ iussa sunt/dicente Mose. Audi Israel:&  
tace. Rursum idem. Bonum est obedire maioribus/  
parere prefectis & post regulam scripturarū: vitæ suę  
tramitem ab alijs discere/nec præceptore vtí pessimo:  
scilicet præsumptione sua. Cōsonat his & Pauli apo-
- Hebre. 13. stoli ad Hebræos salutare documentū. Obedite præ-  
positis vestris:& subiacete eis. ipsi enim per uigilant:  
quasi rationem pro animabus vestris reddituri. Et  
principis apostolorum in prima sua epistola catholi-  
ca monitum: eandem exprimit sententiam. Subiectū  
(inquit) estote omni humatré creaturæ propter deū.  
Et iterum eodem loco. Serui subditū estote in omni tñ  
more dominis: non tantum bonis & modestis / sed  
etiam discholis. Omitto dedita opera/complura alia  
scripturæ & veteris & nouæ legis testimonia: ad com-  
probandum propositū. ratus que iam adducta sūt: ad  
id astruendū sufficere/ & cætera a studiosis diuinarū  
litterarū haud magno impēdīo colligi posse. ¶ Qz si  
exēpla obediētię ex prōptuario scripturæ desumpta  
subiçere lubet: occurret i primis dñi nostri Ihesu Chri-  
stū suma & eximia obediētia. qua(vt scribit apostol⁹  
Philip. 2. ad Philippenses) factus est obediēs vscq; ad mortē: mor-  
tem autē crucis. Quod apostoli verbū explanās Ber-  
nardus nardus: ait. Cōsyderate fratres obedientiam Christi.  
ipse enī ne perderet obedientiā: pdidit vitā. Rursum  
contestatus est dñs noster se de cœlo descēdisse: nō vt  
faceret voluntatē suā sed voluntatē eius qui misit ipsū  
patris. Ipse quidē qui tātus est/verus dei fili⁹/ & in for-  
ma dei existens/splendor glorię & figura substantiæ  
eius: propriam voluntatem reliquit/ vt patris expla-  
ret beneplacitum. orauitq; imminentē passionis ho-
1. Pet. 2.
- Ibidem.
- Ioan. 6.
- Hebre. 1.

ta/sanguineo sudore madens: vt in transferendo pa-  
 sionis calice non sua voluntas sed patris fieret. Quid Matth. 26.  
 igitur nos/ qui putredo sum⁹ & vermis/ qui puluis et Iob. 25.  
 cinis terræ quē projicit ventus: agere debemus: non-  
 ne libenter superiorū iussa capessere/ & preceptis pa-  
 rere? Christus enim passus est pro nobis/ nobisq; re-  
 liquit exemplū: vt sequamur vestigia eius. Verū quid  
 premij ex hac obedientiæ prōptitudine consecutus  
 sit Christus: ex apostolo etiā audiamus. Propterea Philip. 2.  
 (inquit) exaltauit illū deus/ & dedit illi nomen quod  
 est super omne nomen: vt in nomine domini nostri  
 Ihesu Christi omne genu flectatur/ cœlestium/ terre-  
 strium & infernum. & omnis lingua confiteatur:  
 quia dominus noster Ihesus Christus in gloria est  
 dei patris. Quare & nosipſi sperare debemus: ma-  
 gna obedientiæ nobis non defutura præmia/ in æter-  
 na illa retributione. Ad hanc beatus Petrus cum ex Ioan. 13.  
 humilitate cordis resiliret a lotione pedū sibi a Chri-  
 sto exhibenda: audiens tamen instatē dominum et  
 cōminantē nīſi lauaretur/ non habiturū ipsum partē  
 secum: propriā reliquā sententiā/ & domini nostri ar-  
 bitrio se cōmisit. Quem quidē euāgelij locū exponēs  
 Cyrillus in cōmentarijs super Ioannē; ait. Tu autem Cyrillus.  
 nō nichil hinc fructus collige: ex ep̄loq; tibi Petru pro-  
 pone. qui etiā dixerit/ non laueris michi pedes in e-  
 ternum: cedit tamen confessum maiori/ nec pertinaci-  
 ter contendit/ sed cito se poenituisse ostendit. Cauem-  
 mus igitur quantum fieri potest: ne temerario ca-  
 su verba efferaamus. sed siquid (homines enim su-  
 mus) exciderit/ etiam si probe dictum videretur:  
 cum tamen aliud melius apparcat/ non contenda-  
 mus/ sed q̄primum quod melius est amplectamur.

## Delaude

Præstatenim verbis solūmodo peccare: q̄ magnarū etiam rerū detrimentū habere. Hæc Cyrillus. Haud

4. Reg. 5. dissimiliter Naaman princeps militię totius Syriæ leprosus: cum audisset ab Heliseo propheta, vade & lauare in Iordane septies & sanaberis: prīmū animo tumido abiit indignans. Postea vero ad seruorū suorum modestam exhortationem obtemperans vocis propheticae: septemplici lotione omnem a se lepram in Iordane abstersit. Nōne & cæcus a nativitate post lutum a domino oculis suis superpositum profectus ad natatorium Syloe et oculos lauans vt sibi preceptum fuerat a domino: visum recepit. Decem item leprosi cum ad dominī iussum irent ut ostenderent se sacerdotib⁹: a lepra curati sunt. Filij quoq; Ionadab

Ioan. 9. de domo Rechitarum: q̄ auus eorum patern⁹ esset Rechab: iussum complētes paternū ne vinū biberent: obedientiæ mēritum/ benedictionem atq; promissionem continuæ in sua stirpe successionis a deo consecuti sunt. Quid Abraham in filiis immolatione

Luc. 17. Gene. 22. obediens deo: nonne accepit repromotionē multiplicandi sui seminis & benedictionis omnibus gētibus

3. Reg. 19. in semine suo prestandæ: Postremum Heliseus palio Heliæ humeris suis imposito prompte eundē se:

4. Reg. 2. cutus: et pallium magistri sui cum in cœlum rapetur & duplēcē eius sp̄iritum obtinuit.

¶ Q̄ noxia sit homini & deo odibilis inobedientia: ex scripturę testimonio & exemplis cōprobatio.

Cap. IX.



Vantum autem bonum cum omnibus tū religiosis ex obediendi facilitate proueniat & quantā mereatur cōmendationē obediētia clarius innoteſcat: cū diffusius explicatū fue

rit q̄ exitialis sit animē iobediētia/ q̄ deo displices/ & quantorū causa malorū. Vnū quodq; enī: per suū cōtrarium patētius elucescit. et quantū bonū sit sanitas/ amplius agnoscimus: cum morbi molestiā/ dolorēq; & afflictionē persenserimus. q̄ magnū etiā sit lucis be neficiū/ manifestus percipimus: cū tenebrarū horrore & noctis opacitatē perpessi sumus. Itaq; sicut obedientia a malo liberat/ vīctorē hostiū reddit hominē/ & sapiētię donū paruulis cōfert. Dicit enī ecclesiastes Q uī custodit p̄ceptū: non experietur quicq; malū. Eccēs. 8. Et sapiens in prouerbijs. Vir obediens loquetur vi- Prouer. 21. ctoias. Bernardus itē ait. Si vis esse sapiens: esto obe diens. Sic enim scriptum est. Fili concupiscens sapientiā cōserua iusutiā: & dominus dabit tibi illā. Et Cy- Cyprianus prianus in libro de duodecim abusionib; ait. Sicut fructus nō inuenitur in arbore/ in qua flos pri⁹ nō ap paruit: sic in senectute honorē legitimū cōsequi nō poterit/ qui i adolescentia/ disciplinæ alicui⁹ exercitatiōe nō laborauit. Disciplina autē absq; obediētia: qualiter fieri poterit? adolescentis ergo sine obedientia: adolescens sine disciplina est. Ita inobedientia in superiore idimprimis infert incōmodum: q; in deū rebellio nem parat & bella mouet. quod exsuperius adducto euāgelij verbo liquido cōstat: quo dictum est p̄lati omnib⁹ a domino. qui vos spernit: me spernit. Perspī Lucē. 10. cuū etiā est idē ex verbis apostoli: ad Rhomanos scri bentis. Omnis anima: potestatisbus sublimiorib⁹ sub- Rhoma. 13 dita sit. nō est enim potestas: nisi a deo, quæ autē sunt a deo: ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati: dei ordinationi resistit. qui autē resistunt: ipsi sibi dānationē acquirunt. Rursum ad Thessalonicenses scribens ait. Itaq; qui hāc spernit: nō hominē spernit/ sed deū/ qui 1. Thess. 4. c.iiij.

## De laude.

etiam dedit sp̄itum suū sanctum in nobis. Attestatur idem Moses: loquens filijs Israel in se obmurmurantibus. Nos vero quid sumus: quia misit asper contra nos? Nec enim cōtra nos est murmur vestrū: sed contra dominū. At vero quē admodū rebellis populus Israëlicus ob crebras in deū murmuratiōes: multis in deserto plagiis afflictus est/ quadragita annis in eo peragrādo vagus: pene cōsumpt⁹ est/ nec in p̄misam introduct⁹ terrā. ita qui religionis monastice ingressi sunt fernitā/ & cōtra pātre suū cornua inobedientiae erigunt/ supbiae sp̄iritu inflati/ ceruiteosi & cōtra stimulū calcitrātes: nō introibūt in requiē illā/ q̄ solis obediētib⁹ est p̄parata. Hæc sane īmanis belua p̄mū intulit humani generis exitiū: cū diuino p̄cepto inobedientes primi parētes nostri/ & se et totā suā postularitatē miserodānarūt exilio/ & īnumeris īuoluerūt calamitatib⁹. Neq̄ id quidē ab re contingit. nā īitiū omnis peccati supbia: ex cui⁹ virulēta radice hęc pestilētissima inobedientię lues enascitur. Eadem lethifera tabes Saul p̄i⁹ vnc̄tū ī regē Israel diuino iussu et in exterminādis Amalechitis diuīnē vocī min⁹ audiēt⁹.

Eccī. 10. regali deiecit solio. cui dīctū ē a Samuele. Nunḡd vult dñs holocausta & victimas: & nō poti⁹ vt obediatur vocī dñi! Melior est enī obediētia q̄ victimæ/ & auseculare magis q̄ offerre adipem arietū. quoniā quasi p̄ctū ariolādi est repugnare: & quasi scelus idolatrię nolle acquiescere. Pro eo ergo q̄ abieciſtū sermonē domini: abiecit te dñs ne sis rex. Cæterum cur scriptura Gregorius dīcat eo loco meliorē esse obedientiā q̄ victimas: Gregorius annotatu dignā assignat causam dicens. Obedientia victimis p̄fertur: quia per victimas aliena caro/ per obedientiā vero propria voluntas inactatur.

Exo. 16.

Nume. 14

Gene. 3.

Eccī. 10.

1. Regū. 9.

1. Reg. 15.

Gregorius

Deniqe propheta ille missus a deo i Bethel vt increparet Hieroboam regem Israe*l* de peccato idolatrie*3. Reg. 13.*  
quod introduxit suo regno scadalu*p*reſtas & offendiculum toti suo populo: quia cōtra domini p̄ceptū ibi manducauit & bībit licet ab altero pseudo prophetā deceptus: a leone in via strāgulatus est & parentum suorum sepultura priuatus. Haud aliter a leone rugiente deuorantur: qui superiorum suorum p̄ceptis contraire calcitrosi audēt & in faciē illis resistere. Deniqe oēm virtutū frugē & fructū pdit hēc pniſioſa labes & cuiusqe boni operis tollit mercedem; qnō sit solido inixū fundamēto. Quod ex Augustini verbis apte cōstat: dicētis. Si ieiunaueris / si diebus ac Auguſtīn⁹ noctibus orationes feceris / si in sacco & cincere pœnitentiā egeris / si nichil aliud feceris nisi quod tibi p̄ceptum est i lege: et tibi sapiēs viſus fueris / sed patri tuo spirituali inobediēs; has omnes virtutes pdidisti. Qu inuisum autē sit deo inobedientiae malū insuper ex ijs conſtat: quae in veteri lege seruāda mandauit. et p̄fertim in Deuteronomio vbi dicit. Qui autē superbierit nolens obedire sacerdotis imperio / qui eo tempore ministrat domino deo tuo / et decreto iudicis: morietur homo ille / & auferes malū de Israe*l*: cunctusqe populus audiens timebit / ut nullus deinceps intuimescat superbia. Eiusdem quoqe libri alio loco / filius contumax & superbus qui non vult audire patris ac matris iperiu*m* & coercitus obedire contēpserit iubet duci a parētib9 ad seniores ciuitatis et publicē accusari: atqe lapidibus obrui a populo ciuitatis / ut vniuersus Israe*l* audiens pertimescat. Deniqe extra de maioriitate & obediētia cap. si quis venerit. dicit. Si qs venerit cōtra decretū episcopi: ab ecclesia abiiciat. *Deute. 17.*

## Delaude.

1. reg. 13. In libro regū legitur. q̄ nō obedierit p̄cipi: morte moriaſ. Et i cōcilio Agathēsi; q̄ anathematisetur. ¶ De mū quoniā inobedientia ex superbia/ & obedietia ex humilitate vt ramus ex sua radice enascitur: ad deuitandū inobedientiæ malū/ nichil religioso cōducibilius est aut congruentius/ q̄ humilitas virtutū omniū mater & nutrix. quēadmodū dicit Isidorus libro primo de summo bono. Sūma monachi virtus: humilitas. summū eius viciū: superbia est. Tunc autē se monachum quisq; iudicet: quando se minimū estimauerit/ etiam cū maiora virtutū opera gesserit. Sed proh dolor in monasterijs id s̄apius vsu venit: quod deplo
- Isidorus. Bernardus rat Bernardus his verbis. Video (quod non parū doleo) post spretā s̄eculī p̄opam/ nōnullos in schola humilitatis superbiam magis addiscere: ac sub alis humiliis mitisq; magistri grauius insolescere/ & impatiētes magis fieri in clauſtro q̄ fuissent in s̄eculo. Et paulo post subiungit. Pleriq; in domo dei nō patiuntur i cōtemptu haberit: qui i ſua domo nō niſi cōtemptibiles esse poterant. vt qui videlicet vbi a pluribus honores appetūtur/ ibi locū habere non meruerunt: ſatē ibi honorabiles videantur/ vbi ab omnibus honores cōtemnūtur. Verū hēc honorum appetentia cū inobedientia/ id iuidua illi⁹ comite & pedissequa: extirpāda ſūt & elimināda a cordib⁹ illorū q̄ in religiōe monasti ca puectū ad virtutes & pfectiōne cōparare cōtedūt. ¶ Q̄ paupertas/ ſcđa virt⁹ ex voto obſeruāda: euāgeli co testimonio et multis ſcripturæ locis pbaſ. Cap. X
- S** Eunda virtus/ ad quā monachice vīte cultores obſeruāda ſe voto obligant/ eſt ſpontanea paupertas: q̄ repromiſſiōne accipit a domino eternā consequendi hereditatē. Beati

(inquit) pauperes spiritu: quoniā ipsorum est regnum  
cœlorū. Sunt autē spiritu pauperes: quidiuītias simul  
& earū affectū a se abiūscitū vt expediti ac leues Chri-  
stum nudū sequantur: nō habentē vbi caput reclinet.  
Et rursū. Omnis qui reliqrit domū vel fratres aut so-  
rores/aut patrē aut matrē/ aut vxorem aut filios/ aut  
agros ppter nomen meū: centuplū accipiet & vitam  
æternā possidebit. In sup quod paulo ante adductū  
est. Si vis pfectus esse vade & vende omnia q̄ habes  
& da paupib⁹: & habebis thesaurū in cœlo/ & veni  
sequere me. Sed quid obsecro/ illo domini verbo ap-  
tius. Omnis ex vobis qui nō renunciat omnibus que  
possidet: nō potest meus esse discipulus. Hæc inclita  
& expedita virtus religiosis amplectenda/ in leuiticæ  
tribus viris (vt supius dicitū est) p̄signata conspicitur.  
qui inter ceteras tribus partem hereditatis sortiti nō  
sūt/ nec sortem in terra promissionis obtinuerūt: quia  
pars eorum erat dominus. Eadem a domino nostro  
Ihesu Christo ab ipso nativitatis exordio (quo in p̄se  
pio reclinat⁹ est/ & pānis inuolutus) ad exitū usq̄ vi-  
tae quo alieno cōditus est sepulchro; mirifice obserua-  
ta est/ & a supbenedicta etiā ei⁹ matre paupculā sem-  
p̄vitā (dū hunc mundū incoleret) agente. Vnde san-  
ctus Bonauētura in vita beati Frācisci/ quā luculēter  
& copiose cōscripsit: capite septimo de amore paup-  
tatis eiusdē sanctiloquens/ ait. Christi Ihesu paup̄ta-  
tem & matris eius frequēter cū lachrymis reuocabat  
ad mentē. Inde hanc virtutum asserēs esse reginam:  
quia in rege regū & in regina matre ipsius tā p̄stanter  
effulsiſt. Proinde dominus ipse in psalmo dicit ad pa-  
trē. Paup̄ sum ego: & in laboribus a iuuentute mea.  
Et alio in loco. Ego vero egenus & pauper sum: deus

Matth. 5.

Matth. 8.

Matth. 19.

Ibidem.

Lucæ. 14.

Cap. 2.

Nume. 18.

Lucæ. 2.

Ioan. 19.

Bonauen-  
tura.

Frāciscus.

Psal. 87.

Psal. 79.

## De laude

adiuua me. Et apostolus de eodem ad Corínthios  
2.Corín. 8 scribens ait. Scitis gratiā domini nostri Ihesu Christi: quoniam propter vos egenus factus est cum esset  
Lucæ. 10. diues/ ut illius inopia vos diuites essetis. Apostoli itidem sine sacculo & pera ad prædicādum euangeliū missi: paupertatem summopere coluerunt: vt de ipsis  
Iaco. 2. merito dicat Iacobus apostolus. Audite fratres dilectissimi. Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo: diuites in fide/ & hæredes regni: quod repromisit deus diligētibus se. Itaq; exemplo ipsorum Christi discipulorum( qui in principio nascentis ecclesiæ bona sua omnia in commune conferebant: cōmunièq; in viçtu/ amictu & domicilio degebant vitā) qui monasticam obseruantiam sunt amplexi: paupertatem quoq; ipsam religionis asseclam & pedissequam colere annitantur/ proprietatem omnem execrantes et despuentes. Si enim Crates thebanus (vt author est Hieronymus) cum Athenas ad philosophandū pergeret/ magnū aurī pondus a se reiecit: existimās se cum diuītijs sapientiam simul & virtutem assequi non posse. quid facere debet religiosus: ad diuinam philosophiam percipiendam monasterium subiens/ et in spiritu sancti schola discipulum se exhibens: in qua discat mundum contēnere/ & soli deo firmius adhærere? nonne hæc caduca & euanida æternis et nunq; perituriis bonis commutare/ & pro luto quod dīmisit: aurum optimum deligere? Hæc scilicet transitoria aspernari: quæ euntem impediunt/ implicant/ inuoluunt curis et anxia solicitudine/ aculeatisq; spinis lacerant miserā mentē/ & pungunt: quo leuius et expediti⁹ ad Christū recto cursu pueniat. Si enī difficile est diuite intrare in regnū cœlorū/ ipsius Christi

Crates philosopus.  
Hieronymus.

Matth. 19.

testimonio: ex opposito perq; facile est/ vere pauperē reflectis omnibus viæ impedimentis & nulla retardatū sarcina diuitiarū: paratū pauperibus regnū ingredi. Porro non desunt etiā copiosæ sanctorū patrū sententiæ: post sacrarū litterarum authoritatē/ in cōmentationem paupertatis efficaces et validæ. Siquidē Augustinus in libro de ecclesiasticis dogmatib<sup>9</sup> dicit. Augustin⁹. Bonum est facultates cū dispensatione pauperibus erogare: sed melius est pro intētione sequēdi dñm eas insimul donare/ & absolutū sollicitudine egere cū Christo. Et Ambrosi⁹ in libro de Cain & Abel. Esto pauper Ambrosi⁹. per spiritu: et eris diues qualicūq; censu, quia non in abundantia diuitiarū vita est hominis: sed in virtute et fide. Iste te diuitię verū diuitē faciūt: si sis in deum: diues. Ioānes item Chrysostomus super epistolā ad Hebræos. Paupertas est manuductrix quedā in via Chrysosto- mus. quæ ducit ad cœlū: vñctio athletica/ exercitatio qdā magna et admirabilis/ portus trāquillus. Nichil opulentius eo: qui paupertatē sponte diligit & alacriter suscipit. Deniq; Seneca in epistolis. Honestā res est leta paupertas. Illa vero nō est paupertas: si nō leta est. qui cum paupertate bene cōuenit: diues est. Non qui parum habet / sed qui plus cupit: pauper est. Idem etiam eodem loco. Si ad naturam viues: nunq; eris pauper. si ad opinionem: nunq; eris diues. Exiguum enim natura desyderat: opinio immensum. Deniq; idem. Multis ad philosophandum oblitere diuitiae. paupertas autem expedita: secura est. Sed proh nephas nūc in multis id locū habet: quod Hieronym⁹ Hierony- mus. in persona religiosorū paupertatē odio habentū dicit. Nos suffarinati auro: Christū pauperē seq mur .et sub p̄textu eleemosinæ/ prīsliniis opib<sup>9</sup> icubates: quo

## De laude

modo possumus aliena fideliter distribuere/ qui nostra timide reseruamus. Plenus venter: facile de ieiuniis disputat. Nō Hierosolymis fuisse/ sed Hierosolymis bene vixisse: laudādū est. Cōqueritur eandē i regione labē inualescere idē scribēs ad Heliodorū. Sūt (inquit) ditiōres monachi: q̄ fuerāt sēculares. Possidēt opes sub Christo paupere: quas sub locuplete diabolo non habuerāt. & sustinet ecclesia eos diuites: quos tenuit mundus ante mendicos. Idem quoq; sup Matthæum dicit. latro est/ & domum dei conuertit in speluncam latronum: qui lucra de religione seftatur/ cui⁹ professio nō tā cultus dei: q̄ negociationis occasio est. Deniq; idem inseftatur religiosos paupertatis simulatores magis q̄ obseruatores: cū scribit ad Rusticum monachum. Vidi ego quosdā: qui postq; renūcianerunt sāculo/ vestimentis dntaxat & vocis professio ne/ nō rebus: nichil de pristina conuersatione mutarunt. Res familiaris magis aucta q̄ minuta/ eadē ministeria seruolorū/ idē apparatus conuiuij: & nomen sibi vendicant solitarij. Pleriq; artibus & negotiacionibus pristinis carere non possunt: mutatisq; nominib; insititorum eadem exercent cōmercia/ non viciū et vestītū/ quod apostolus præcepit: sed maiora q̄ sāculi homines emolumēta seftantes. & sub religionis titulo exercentur iniusta compendia: & honor nominis Christiani fraudem magis facit q̄ patitur. Quæ pudet dicere si necesse est: vt saltē sic ad nostrū erubescamus dedecus/ publice extendentes man⁹ pānis aurum tegimus. & contra omniū opinionem plenis sacculis morimur diuites: qui quasi pauperes vixim⁹. Verū de huiusmodi prolapſione religiosorū a vera paupertate: diffusior ſequenti loco fiet sermo.

H̄erony-  
mus.

i. Timo. 6

**Q**uia paupertatem spontaneam inficit ea proprietatis labes:qua nesciente & inuitu patre monasterij danculum aliquid detinetur. CAP.XI.

**P**salm autem voluntariam paupertatem (quæ monasticam vitam tanq; monile quoddam preciosum adorat) maxime labefactat proprietatis tetrū virus/ atrūq; venenū: quo religiosus i cœnobio/ propriæ cuiusq; rei dominiū habet & possessionem. **Q**uod sane bifarium vsu venire solet. aut ignorantे scilicet & dissidente patre monasterij: clanculum illud apud se detinendo. aut sciente illud & permittente superiore: pro priam peculiaremq; rem sibi vendicando. vt hæc hidra lernea/ videlicet monachalis proprietas/ infernis egressa paludibus: in gemina dissecari possit capita/ diram euomētia atq; exhalantia pestē. Planè prior il la proprietatis tabes: exemplo Ananias & Saphyræ in actis apostolorum horrende dānata est. qui partē precij agri venditi ponentes ad pedes apostolorū & partem sibi reseruantes: q; sp̄iritui sancto & deo nī ē titi sunt/ subita morte ambo interierunt. exemploq; sunt omnibus monasticā profitentibus vitā ne secreto quippiā apud se reconditū asseruent. **Q**uid insit per Acham tollens contra prohibitionē diuinam a quid de anathemate Hierico/ & exercitū domini coram suis hostibus imbecillē & cōsternatum reddēs: ac deinde sorte depræhēsus/ omni sua domo & substantia igni absumpta/ ipse demū saxis obrutus insinuat: nisi religiosum cæca ductum cupiditate/ & thesaurum sibi occultū nullo conscientia congerētem? Propter quem dei ira interdū in totam defeuit multitu-

Actuū. 5.

Iosue. 7.

## De laude

dinē. neq; mitigatur: donec exterminat⁹ fuerit q̄ hoc  
scel⁹ operat⁹ est Q uēadmodū igit̄ Iosue iussu dñi id  
malū eliminauit e medio populi: quo p̄manēte non  
potuit Israēl stare corā hostib⁹ suis. ita is cui monaste-  
rij cura cōmissa est/ iuigilare debet vt extirpet id faci-  
nus a domo monastica: si forsā i aliquo dephēst⁹ fue-  
rit. Alioq; nō poterūt sp̄irituali certamine milites mo-  
naſtici p̄ualere contra hostē antiquū/ qui latū habet  
imperiū seuāq; exercet tyrānidē eo i loco: vbi id viciū  
permittiūt ipune & negligēter cōmitti. In sup̄ sacra Ma-  
chabeorū refert hisloria: in cōgreſsu bellico Iude⁹ Ma-  
chabei viri vtiq; fortissimi cōtra Gorgiā p̄positū Idu-  
meę/ paucos Iudeorū corruisse. Cūq; sequēti die ve-  
niret Iudas vt corpora p̄ſtatorū tolleret/ & cū parētib⁹

2 Mach. 12

poneret i sepulchrīs paternis: iuenerūt ipse et q̄ cū eo  
erāt/ sub tunicis iterfectorū de donarijs idolorū quæ  
apud Iamniā fuerūt; a quib⁹ lex phibet Iudeos. Oi-  
bus ergo manifestū factū est: hāc ob causā eos corruif-  
se. Oēs itaq; bñdixerūt iustū iudiciū dñi: qui occulta  
fecerat manifesta. At vero si cognoscere cuiq; anim⁹  
fuerit i quo loco lex phibet idolorū aurū et argentū a  
Iudeis tolli: i Deuteronomio illud expressū iueniet/

Deutero. 7 vbi dicit̄. Sculptilia eorū (scilicet populorū Chanane-  
orū) igne cōbures. Nō cōcupisces aurū et argentū de  
quib⁹ facta sūt/ neq; assumes ex eis tibi quicq;: ne offe-  
res q̄ppiā ex idolo i domū tuā: ne fias anathema si-  
cut & illud est. Sed nōne auaritia ab apostolo dicitur  
esse idolorū seruit⁹: Quid igit̄ aliud facit religiō⁹ ab-  
ditū aggerās theſaurū: q̄ sub tunica aurū idolo confe-  
cratū abſtrudit/ & idcirco ab hostib⁹ sp̄ualib⁹ p̄ſtra-  
tus occūbit? Nēpe vt lex Mosaica phibet cōtingere

Ephe. 5.

aut diripere aurum ex quo cōflatē sunt idolorū statuē: ita et lex monastica abstrusā cōdere pecuniam et i suos vñ assertuare. In mētē quoq; veniat ijs q; gaudēt furtū sibi aurum cōgerere & q̄si i idolio recubere: qđ beatus Hieronym⁹ ad Eustochiū scribēs de virginitate seruāda cōmōrat. vtpote vnū ex fratrib⁹ Anachoritis Hierony, mus.

Nitrie iuxta ægyptū: cētū solidos ex quotidiana ope ra cōtra regule mōachalis cōstitutionē sibi occulte coaceruasse/ atq; vita defūctū: cū illa pecunia fuisse inuentū/ De q; qdnā faciūdū foret: diuersi diuersa sētiebāt. H̄i erogadā pauperib⁹ illi parētib⁹ ipsi⁹ defūcti trāsmittēdā/ alij vero accōmodādā ecclesiæ i aię ipi⁹ mortui subleuationē cēsebāt. At vero Machari⁹ eremita/ Pābo et ceteri patres anachoriticę vitę p̄cipui cultores/ decreuerūt illū cū sua pecunia i terra pphana sepeliēdū: adiccta hac terribilimaledictiōe. pecunia tua tecūsit i pditionē Qđ et factū est/ & exīde tñ terroris ceteris fratrib⁹ icussū: vt apud oēs sūmū deide habere nefas et morte piādū/ si vel vn⁹ obol⁹ clandestine apud aliquē seruaret. Prēterea Clemēs tert⁹ summ⁹ pōtifex interrogat⁹ sup canonico quodā regulari: q; in morte sua p̄priū qđ latēter habuit/ noluit superiori suo declarare neq; designare. r̄ndit authoritate apli- ca q; fūgebař/ illū nō solū esse priuādū Christiana se- pultura: verū etiā si id sine magnoscādalo fieri posset. ex ipsa(iq; tumulat⁹ fuerat) p̄isciendū esse ecclesia. vt habeř extra/ de statu mōachorū. cap. sup quodam. Haud aliter i pditionē proruūt & ecclesiastica se- pultura sūt idigni religiosi: qui propriū quippiā pe- cuniariū/ aut munuscūlū aut xeniolū furtū apud se & occulte detinēt. Prohibet siquidē Augustin⁹ talia etiā ab amicissimis oblata secreto recipi: sed ei qui:

Actuū. 8.

Clemēs ter-  
tius.

Augustin⁹.

## De laude

cōmunem rerū monasterij gerit administrationē/ stā  
tim tradenda prēcipit. Nū igitur potiore iure loculos  
sibi cōsuere/sacculos turgentēs nūmis abstrudere &  
crumenā pecunijs latēter refertam apud se reponere  
vetat: quandoquidem id manifestius regulæ repu-  
gnat: decernenti q̄ nemo quippiā propriū esse dicat/  
sed sint oībus omnia cōmunia. Q̄ si nemo religioso-  
rum quicq̄ debet propriū dicere: quāto minus apud  
se abstrusum cōdere/ & quasi in futuras aceruare ne-  
cessitates morbi/ aut alterius cuiuspiā negocij. vt sug-  
gerit occulta fraude nosster hostis; suadens nonnichil  
quo venturę succurratur inopiae esse ad partē repo-  
nendū. & a minimis incipiēs rebus vt oboli occulta-  
tione: paulatim ad maiora aggerenda iducit / quoad  
religiosum suis illaqueatū pedicis detrudat in foueam  
æternę dānationis. Q uā quisquis euadere cupit: di-  
uinæ se prouidentiæ intrepide cōmittat: cogitetq̄ cō-  
munia monasterij bona admodū sufficere; vt quibus-  
cūq̄ occurritib⁹ succurratur in cōmodis. Nolite (in-  
quit Christus legifer nosster) soliciūtē esse dicētes: quid  
manducabimus/ aut quid bibemus/ aut quo operie-  
mur? Respicate volatilia cœli: que neq̄ serūt neq̄ me-  
tunt/neq̄ cōgregant in horrea/ & pater vester cœle-  
stis pascit illa. Consyderate lilia agri quomodo cre-  
scūt: nō laborāt neq̄ nēt. Q uerite ergo prmū regnū  
dei & iustitiā eius : & hæc omnia adiūcentur vobis.  
Si ergo sollicitudo victus aut amictus ī crastinū/ pro-  
hibetur hoībus sēculi: quāto magis religiosis: qui sæ-  
culū ipsum cum suis desyderijs & cōcupiscētijs cōcul-  
carūt: & paupertatē vt sponsam/ vt dominā/ sibi asc-  
uerunt. Nunquid abbreviata est dei prouidētia aut  
exhausta: vt nequeat futuris religiosorū necessitatib⁹

Matth. 6.

subuenire. Nūquid impotens facta est manus domini quā cum aperit: implet omne aīal benedictione/ vt Psal. 103, non possit subministrare religioso: quę ad vitā degen dā sunt necessaria? Iacta ergo o religiose in dominū Psal. 54. cogitatū tuū / et ipse te enutriet: et non dabit īeternū fluctuationē iusto. Verū vt apertius constet non solū sacrarū litterarū testimoniō: verū etiam et canonica- rū fāctionū et fāctorū patrū sentētijs/ id proprietatis genus dānari: audiatur Innocentius tertius/ extra de statu monachorū cap. cū ad monasteriū/ ita rem ipsā diffiniēs. Prohibem⁹ districte in virtute obediētię sub Innocētius obtestatione diuini iudicij/ ne quis monachorū pro- tertius. priū aliquo modo possideat. sed si quis aliqđ habeat proprij: totū incōtinēti resignet. Si vero post hoc/pro prietatem aliquā fuerit deprēhēsus habere: regulari monitiōe prēmissa/ de monasterio expellatur/nec re- cipiatur vlerius: nisi pœnitēat secūdū monasticā di- sciplinā. Qz si proprietas apud queqđ fuerit inuēta in morte: ipsa cū eo in signū perditionis extra monaste riū in sterquilinio subterretur/secūdū qđ beatus Gre- gorius narrat in dialogo se fecisse. Vnde si quicqđ fue- rit alicui specialiter destinatū/ nō prēsumat illud acci- pere: sed abbatи vel priori vel cellarario assignet. In- super Hieronymus. Si volum⁹ hereditate possidere Hierony- dominū: nichil habeamus prēter ipsum: quoniā si au- mus. rum/ argētum vel quid aliud cum Christo queritur: pars fieri cū istis et similibus proprijs dedignatur de- us. Deniqđ Hugo de fācto Victore/exponēs illud di- ctum regule sancti Augustini: et non dicatis aliquid proprium/ ait. Non dicamus quicqđ meum vel tuum: Hugo de sed nostrum. vt dicatur capa nostra/ vestis nostra/ et Sancto Vi- graphium nostrum: sicut domus/ ecclesia/ et clau- store.

## Delaude

strum. omnia enim in communī habenda sunt. Carnales certe sūt fratres: qui cōmunia diuidūt. spirituales: qui diuisum in cōmuni reponūt. Postremū in regula Pachomij ab angelo( vt Heracides in libro/ cui paradiſi nomen inscripsit: author est ) illi pro monachis data: & illud p̄cipitur. Nemo in domo & cellula sua habeat aliquid p̄ter ea quæ in cōmuni monasterij lege precepta sunt: non tunicā laneā/ non palliū/ nō pellem intonsis arietū lanis molliorē/ nō nūmos quātūlibet paucos/ nec puluillū quidē ad caput. Quæ enī nobis occasio relicta est: vt habeam⁹ quippiā propriū a funiculo vſq; ad corrīgā calceamēti. cū habeamus præpositos: qui pro nobis solicii sunt tā i cibo q̄ vescitu. Liberi sumus: iugū de ceruicib⁹ nostris mūdanæ seruitutis abiecimus. cur rursū volum⁹ reuerti ad vomitū nostrū: & aliquid habere vnde solicii simus/ & quod pdere metuamus? Ad quos vſus supfluū palliolū aut epulē lautiores: cū ūnia in cōmuni sint p̄parata? Sed non est his diuti⁹ imorandū/ quoniā primi religionū inonachaliū authores id tanq; ploquiū in suis habēt regulis: nemini religiosorū licere quicq; habere propriū. Id beatus Augustin⁹/ id Benedictus & cæteri: expresse denūciarūt. ex quo protin⁹ est dilucidū: nemine itidē posse occultū apd se p̄priū recōdere. ¶ Qz paupertati monastica etiam repugnat peculium/ & propria rerum possessio: ex consensu abbatis permissa.

Cap.VII.

 Ec minus aduersatur paupertati monasteriali peculium/ atq; propria religiosi administrationem cōmunem & publicam non habentis possessio: sciente id ipsum patre monasterij atq; permittēte

Pachomij  
Heracides

facta/æque exitialis disciplinæ cœnobiorū & pñicio-  
 sa:vt clandestina atq; abscondita pecunia cōgestio.im  
 mo vero periculosisor: q̄ specie virtutis pfert/ & suam  
 occultat labē ne viciū appareat/ eo ipso q̄ cōsensu su  
 prioris fieri cernitur:cui⁹ authoritate/ ab öni specie  
 mali & puaricatione excusari videſ. Hic multos hoc  
 peculiare in monasterijs dominiū habet defensores:  
 conténdentes ipsum esse licitū/ & paupertatis voto ne-  
 quaq̄ contrariū. quare tanto nocētius est id malum:  
 quanto latētius/ & virtutis formā propi⁹ induēs. Cæ  
 terū elidit valide & multiplici telo hanc hydrā vene  
 nosam:doctrina & vitæ integritate p̄clarus Ioannes Gerson/ cācellarius Parisiensis/ in opusculo quod edi-  
 dit & inscripsit cōtra pprietarios regulā sancti Augu-  
 stini pfessos. In quo primū multiplici ratione sūpta  
 ex eadē regula & expositiōe illius per Hugonē de san-  
 cto Victore/virū vtq; doctrina & virtute singulari/  
 elaborata:cōprobat id pprietatis monasticæ gen⁹ mi-  
 nime esse permīssū & licitū. Deinde sacræ scripturæ  
 fāctorūq; patrū authoritate decretisq; canonicis: de-  
 clarat idē possidēdi studiū prorsus esse vetitū/ & incō-  
 cessum. Deniq; in postrema opusculi parte dissoluit  
 illorum rationes & suasiūculas:qui annituntur tuta-  
 ri id possessionis peculiaris genus esse permīssum/ &  
 paupertatis voto nequaq̄ aduersum. Cuius sane sen-  
 tentiam vt vero consentancam/ hac in re sequimur:  
 tāti viri authoritate/ & veritatis(pro qua militat) syn-  
 cēritate p̄moti.censentes nequaq̄ cohērere aut con-  
 spirare paupertati religionis:hāc peculij labē atq; no-  
 xiā pestē. Quod vt euadat manifesti⁹/ i primis anno-  
 tare opere preciū est:quidnā hoc in loco peculiū no-  
 minent authores/cum dicunt monachis illicitum esse

## De laude

peculium. Id ex sententia iureconsultorū describitur  
Quid est peculium. pradictus author in libello modo adducto: esse domi-  
nium quod quis habet in rei non principalem eius  
authoritatem aut omnini odam dispositionem sorti-  
tus: sed super principalē atq; sub alterius superioris po-  
testate et arbitrio. cuius consensu atq; permisso: infe-  
rior illius rei habet possessionem/vsum et administra-  
tionem. quemadmodum filius sub patre / seruus sub  
domino/et monachus sub abbatē: habēs facultatem  
emendi/vendendi aut commutandī propria / rerum  
suarum particularium gerit contrectationem/disposi-  
tionem et dominium: ipso quidem patre/dominō/et  
abbate/consentiente atq; sinente. Porro illud in recta  
monasterialis discipline obseruantia minime admit-  
tendum esse/nec cuiq; licere; dilucidum est ex constituti-  
tione Innocentij tertij in cōcilio lateranensi/ extra de-  
statu monachorum.cap.monachi.dicentis. Monachi  
non precio recipiātur in monasterio:nec peculiū per-  
mittantur habere. Qui autem peculiū habuerit/nisi  
ab abbatē fuerit ei pro iniuncta administratione per-  
missum:a communioē remoueatur altaris. Et qui in  
extremis cū peculio inuentus fuerit/et digne nō pœ-  
nituerit:nec oblatio pro eo fiat/nec inter fratres acci-  
piat sepulturā. quod etiā de vniuersis religiosis p̄c̄i-  
pim⁹ obseruari . Abbas aut q; ista diligenter nō caue-  
rit: officiū sui iacturā se nouerit incursum. Cōsimiliter  
Gregorius Gregorij tertij extra de regularib⁹ et trāseūtibus ad  
tertius. religionē.cap.Ioānes frater. ita decernit. P̄nti iussioē  
mādam⁹/ne quē monachū de monasterio ī monaste-  
riū temere migrare liceat: nec eorū aliquē peculiare  
qcq; h̄re. Quō ei seruabit vitę cōitas ī victu/ amictu/  
ceterisq; reb⁹ necessarijs inter fratres; si p̄ prios quisq;

habeat redditus annuos/ aut prouentus pecuniarios ad suę necessitatis vsum: si loculos apud se palā affer uer: in futuri temporis subsidium: si impune ab amicis/ familiaribus/ & consanguineis oblata dona sibi vni vendicet: si pro sanguine propinquis aut consuetudine antiqua coniunctis genialiter hospitaliter ex- cipiendis: pecuniam in criminis possideat? Nonne secundum regulæ constitutionem/hospitum cura vni ex religiosis cōmittitur: ne circa eos occupentur omnes? Neq; vere abrenūciantē huic mundo/consanguinitate iunctorū cura tangere debet: qui in ipso ingressu religionis obliuisci iubetur domū suam & domum patris sui. Sapit enim & olet vitam quandā & affectionē mundanā/ nimia de parētibus secundū carnē sollicitudo: neq; mentē sinit onīquaq; adhærere deo/ et totā cū ipso habitare. Contingit enim eā ob causam se penumero: quod ait Isidor⁹ de summo bono. Multi monachorū/ amore parentū non solū terrenis curis sed etiā forensib⁹ iurgijs iuoluti sunt: & pro suorum temporali salute/suas animas perdiderūt. Quare recte monet Ambrosius in libro de fuga seculi: cū ait. Cui portio deus est: nichil debet curare nisi deum/ ne alterius impediatur necessitatis munere. Q uod enim ad alia officia confertur: hoc religionis cultui atq; huic nostro officio detrahitur atq; decerpitur. Hæc enim vera est sacerdotis fuga: abdicatio domesticorum/ & quædam alienatio charissimorum. vt suis se abueget qui seruire deo elegerit. Nonne etiam si qua ingruerit debilitas aut mala corporis valitudo/ designatus est secundum regularem constitutionem religiosus: qui publicis monasterijs impensis intentus sit curæ & suæ leuationi infirmorum? quid igitur opus est cuiq; mo-

Psal. 44.

Isidorus.

Ambrosij.

## De laude

nacho; peculiarem sibi in hunc usum coaceruare theoraurum? Cum item quotidiana victus portio admistretur in refectorio: & ab eo qui vestium distribuedarum cuique pro sua necessitate gerit officium impen-datur omnibus amictus/ ut res ipsa efflagitat: quo iure ex abbatis decreto & ordinatione datur religiosis pro vino quotannis certa pecunie portio/ & per vestib[us] comparadis altera? Quam accipientes religiosi solutio-ris vite: pro sua expendunt libidine/ vestesque aut preciosas nimirum aut plus aequo viles sibi emunt. aut laceri sor-didoque & inculto manent habitu: & accepta illa pecuniaria in alios usus minus honestos & plerique turpes

Benedict⁹  
duodecim⁹ exponunt. Cum tamen Benedictus papa duodecim⁹ districte sanxerit: necessaria religiosis ab ipso abbatे in pecunijs minime distribui debere. Dicit enim in sua cōstitutione circa monachos. Illis quibus incumbit onus de vestiarijs/calceamētis/ & alijs corporis necessarijs prouidēdi: statuimus ut hoc decēter faciat tempore cōgruo/iuxta suppetentiā facultatū & cōditionē regio-nis. Et illud quod erit dādū singulis canonicis pro ve-stiario: taxetur in annuali. Necque est intelligēda huiusmodi taxa in pecunijs dandis cuique religioso singilla-tim: sed magis secundū litterā regulę/magistro vestia-rij: qui debet ista praudere in cōmuni/ & pro omnibus qui idigēt vestib[us] aut calceamētis. Nam distributa cuiili-bet portione pecunie/ ut alij falso opinantur: cōsequens est quod nulli viri incumbit onus ista prouidēdi in cōmuni pro singulis: quod est decreti papalis oppositū/ sed quod sibi ipsi prouidet pro suo arbitratu de amictu corporis. Demum quod obsecro regulę monasterialis vitæ magis aduersus: quod hæc peculiaris rerū pmissio/ ijs quod publica cōenobijs munera non obeunt/cōcessa. Quia et ubi locum

habuerit fixeritq; radicē: protinus cōsequiū est regu-  
lam ipsā pessum ire/penitusq; cōculcari ac violati. Nī  
chil enī aequē feneſtrā aperit & ianuā licēter viuendi/  
ſolutisq; ſeueritatis religioſe habenis/ per vicioſū ana-  
fractus p̄cipitiaq; ſe ferendi: q̄ hāc peculij confeſſio.  
Prāstat enī vſus ille rei pecuniarię in manu religioſi  
permiffus: materiā & occaſione explendi ſua deſyde-  
ria/ & quācūq; ſuggerit cupiditas: ipuue ppetrandi.  
Inducit itē inaequalitatē quandā inter eiusdē domus  
monachos/ per quā hīc quidē opulentus eſt & abun-  
dat: ille vero rerū omniū penuria premitur. hīc eſu-  
rit: ille vero aēbrius eſt. Hic pannofus & tenui víx tu-  
nica membra obtectus: ille vero ſplendida velle niti-  
dus incedit. Vbi autē ineq̄ualitas inter fratres iueni-  
tur: neceſſe eſt charitatem ſcindi/ fraternitatē negli-  
gi/ religionem pefundari. quēadmodum ex oppo-  
ſito aequalitas omnem cōmunitatē & ſocietatem fal-  
uat. Proinde id ſempere annotatū eſt: in religionib⁹  
clauſtralem itegre obſeruātibus diſciplinā nunq; ad-  
mitti hāc peculij ſub pmiſſione abbatis poſſeſſionē.  
Ediuero vero in quibuscūq; religioſis domib⁹ illa  
permittitur: integrā regulā & diſcipline cōenobiti-  
cæ nequaq; obſeruari conſtitutionē/ ſed illā aut iā om-  
nino labefactatā corruiſſe: aut paulatim in præceps  
decumbere/ & rigorem ipſius ſenſim eneruari.

**C**Inualidas eſſe rationes eorū: q̄ moliunt defendere  
licitam eſſe religioſo peculij poſſeſſionē. Cap. XIII.

Per aeprecium eſt autē paucis rēpōdere  
nonnullis illorum rationib⁹ (quas ne-  
c̄tūt declinātes cor ſuū i verba malitię ad  
excusādas excuſatiōes i peccatis) q̄ moli-  
unt hāc peculij poſſeſſionē velut licitā &  
d iiii

1. Corin. 11

pral. 140.

## De laude

monasteriali regulæ mīme aduersā defēdere. ¶ Im  
primis itaq; illud tanq; Achillea virtute fultū addu-  
cunt: eam neutiq; paupertati deo per votū promissæ  
obluctari aut cōtraire/ quia cōsentiente & permittente  
sit patre monasterij: qui omnimodā rerum ipsius do-  
mus habet dispositionē/potestatēq; eas dispensandi:  
vt cuiq; viderit esse cōmodū aut expediens. ¶ Q uib⁹  
adhibēda est respōsio: ipsum abbatē haudquaq; ha-  
bere potestatē concedēdi suis religiosis per dispensa-  
toriā quandā laxationē vsum rerū peculiare: vt qui  
paupertati & cōmunitati vitæ in religione obseruan-  
dē omnino ex opposito pugnare mōstrat⁹ sit. Q uid  
enīm qeso cōmuni magis aduersatur & cōtranitit:  
q; propriū & peculiare? Attestatur id dilucide Inno-  
centius tertius/extra de statu monachorū.cap. cū ad  
monasteriū.dicēs in calce ipsius capit. Nec est in  
abbas q; sup habēda pprietate possit cū aliquo mōa  
eo dispēsare. quia abdicatio pprietatis sicut & custo-  
dia castitatis adeo est annexa regulę monachali: vt  
contra eā nec sūmus pōtifex possit licentiā idulgere.  
Atqui sūmī pōtificis authoritate/ nulla maior in ter-  
ris est singularis homis potestas: quiūmī nec equa  
illi altera relicta est in ecclesia militāte. Q uod igitur  
non potest relaxare papa: quomodo poterit illud ab-  
bas monasterij: Ipse summ⁹ pōtifex ingenuē confite-  
tur: se nō posse dispēsare sup paupertate monachica.  
quo igitur iure id poterit abbas: qui supremi pōtifica-  
tus authoritatī lōge subiacet? ¶ Prēterea non potest  
abbas suo monacho relaxare votū cōtinētię: atq; fa-  
cultatē prēstare vt sine noxa committat fornicatio-  
nem/ aut vxorē ducat. Ergo eadē cōsimiliq; ratione:  
neq; potestatē facere potest religioso/ vt cōitate vitæ

Innocētius  
tertius.

relicta & neglecta paupertate/ propriū possideat et peculiū habeat. Par enī simileq; est de vtroq; voto iudicū. ¶ Ad hēc in ijs quę per se mala sūt & bene fieri nequeūt: dispēlatio nō cadit. secundū Bernardū in libro de dispēlatione & p̄cepto. Habere autē propriū et peculiū recte fieri nequit a monacho: cum ad illud non habēdū/ p̄ votū paupertatis se astrinxerit. Nō habet igitur in hoc humana dispensatio vt abbatis: locum neq; robur. Huic accedit etiam Bernardus in libro de dispēlatione & p̄cepto dicens. Quicquid in spiritualibus in regula traditū est: in manu nō relinquitur abbatis. Neq; enim abbas supra regulā est: cui semel etiā ipse spontanea professione se subiecit. Quocirca cum aduersarij in sua cauillatione supradicta afferunt: abbatem habere potestatem administrandi bona monasterij pro sua voluntate. id inficias non imus: modo hoc ipsum fiat secundum regulæ constitutionem atq; decretū. Cōtra regulam vero & in perniciē salutis animarū: nec ipse abbas nec alius quispiā potest quicq; bonorū i monasterio disponere. Permissio autē peculij religiosis facta: & voto paupertatis/ & cōitati vitę/ atq; regulari constitutiōni (vt ante ostēsum est) prorsus contrariatur. ¶ Secūdo loco obiiciūt illā peculij permissionē esse iā longo tēpotis spacio ductā in cōsuetudinem: atq; in celebratissimis domib; & a viris grauiissimis iam diutius obseruatam. Quod neutiū (aiūt) tantū i ualuisset/ neq; a tātis suisset viris toleratū: si in illo/ periculū salutis animæ aut p̄uaricationis regulę cōsisteret. ¶ Ceterū id minime debēt qui hoc afferūt: eā dici cōsuetudinē merito debere/ quę a iure cū humano tū diuino approbatur/ a canonicisq; cōstitutionib; nequaq; dissentit..

Bernardus

Bernard⁹.

## De laude

**Q**uod si decretis ecclesiasticis aut naturali diuinæ legi cōspicit esse cōtraria; irrationabilis est cōsuetudo; quæ prescribēdī nō habet efficaciā. neq; iam cōsuetudo; sed morū corruptela & peruersitas dīci debet ac meretur. Hac autem peculiaris rei possidendæ concessio; iuri diuino est omnino opposita/quia nō simul cohēret cū obseruatiōe voti paupertatis: ad cui⁹ tamē iam prastiti redditionē obligatur qui voverūt/ diuinæ legis astrictione. Siquidem in Deuteronomio dī-

**D**eute. 23. Cūm est. Cum votum voveris domino deo: non tardabis reddere/quia requiret illud domin⁹ deus tuus. Si moratus fueris reddere: imputabitur tibi in peccatum. Et paulo post. Quod semel egressum est de labijs tuis obseruabis: & facies sicut p̄misisti domino.

**Mala. 1.** Malachias etiam ait. Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum: & votum faciēs immolat deabile dñō. Similiter extra/de voto & voti redēptione.

**I**nnocētius tertius. cap. licet vniuersis. dicit Innocētius tertius. Licet vniuersis liberum sit arbitriū in vouendo: vſq; adeo tamē solutio necessaria est post votū/ vt sine proprio salutis dispendio alicui nō liceat resilire. Contrariatur item huiusmodi peculiaris rerū i monasterijs possessio decretis canonicis: & ab eis sumopere reproba⁹. vt paulo ante ostensum est. Quare hęc cōsuetudinis introduc̄tio nō extenuat malū: sed tāto magis aggrauat/ quanto est diuturnior et vetustior. Inueterat⁹ enī morbus: recēti & nuper īducto est pestiletiōr atq; nocētiōr. Vñ

**G**regorius Gregorius in registro ita scribit cui dā episcopo. Si cōsuetudinē opponis: tibi est aduertendū q̄ dñs dicit in

**I**oan. 14. euāgelio. ego sū veritas. nō ait: ego sū cōsuetudo. qm̄

**C**yprianus Cypriani martyris est sentētia/ q̄ q̄libet consuetudo quātauis yetustate vulgata; semp̄ el̄ veritati postponit.

nēda. & vsus oīs veritati cōtrari⁹; abolēdus est. Cōsue  
tudo quoq; sine veritate: vetustas est detestabilis erro  
rum. Itaq; hic p̄prietatis abus⁹; euā geliorū/canonū/  
et sanctorū patrū authoritatibus abūde reprobatus:  
frustra cōsuētudo noīat/sed magis vſitata culpa de  
bet vocari. q̄ obligat mentē pōdere suo(queadmodū  
dicit Gregorius i moralib⁹) vt nequaq; etiā surgere  
possit cū velit. & quot vīcībus frequētationis prauæ  
astrīngitur: q̄ si tot vīculis in mēte sua colligaat. Et om  
nino verū esse cōperit: quod dicit Isidorus i libro so  
liloquiorū. Prauus vītē vsus diffīculter aboleri potest:  
et assidua cōsuetudine viciū i naturā cōuerti. Anim⁹  
sceleribus irretit⁹: vix diuellipotest. Cui cōsonat Au  
gustin⁹ dices. Nostris tēporib⁹ multa mala ita i aper  
tam cōsuetudinē venerūt: vt aut parua aut nulla esse  
credātur/ quē magna atq; horrēda sūt. adeo vt nō sa  
lum nō occultāda: verū etiā p̄dicanda videant̄. Neq;  
multitudo eorum qui tolerarunt id zizania in agro  
religionis succrescere/ acuta quidem falce succiden  
dum: immīniuit illud vīcium/ aut leuīus reddit. Nam  
vt ait beatus Hieronymus: multitudo peccantiū non  
pr̄fstat peccādi patrociniū. Sic enī diuīna p̄cepta trās  
gredi/ ipūne & sine noxa liceret: si diuturnitas tēporis  
quo ab ipso mūdi exordio ea p̄uaricatisūt homines:  
aut multitudo illorum qui ipsa soluūt mādata (quo  
tus enī quisq; est: qui examuſſim diuīna exequat̄ p̄  
cepta;) relaxarent libertatē homini/ aut pr̄starēt fa  
cultatem/ illa sine offensione violādi. Deniq; obie  
ctant peculij defēsores: prōptū semp. & paratū se ha  
bere animūm tradēdi ea quorū illis est permīssa pos  
sessio/ in manu abbatis: quoties ab eo fuerit requisiti.  
In cui⁹ argumētū ac īdiciū: quotānis se tradere aiūt:

Gregorius

Isidorus.

Augustinus.

Hierony  
mus.

## De laude

rerum suarum( quas apud se repositas seruant) claves manibus abbatis: aut chartulā continentē nominatim quęcūq; suo habet cōmissa domino/ut de illis abbas pro suo arbitrio deinceps disponat. Et propter hancanimi ad resignandū prōptitudinē: se ab omnī noxa proprietatis liberos haberi debere causantur.

¶ Verū si datū foret oculos penetralibus animi eorū insérere/ & intímū ipsorū deprēhēdere vultum: facile esset videre/q; prōpt<sup>9</sup> sit illorū anim<sup>9</sup> ad integrā rerū suarum traditionē. Imo vero: q; tard<sup>9</sup>/difficilis/ & obnitens. Q uod vel eo cōstare potest signo. nā si traditas claves abbas non reddiderit tradentī/ aut conscripta in chartulis peculiaria bona alterius committeret custodię/ aut in cōmunem deputaret vsum: protinus oborerētur rebelliones in abbatē/ publicę obmurmurationes/ aut saltē tacitę insurgerent/ & querimonię in eum: q; sine legitima causa suis illū spoliauerit bonis/ et violente illa abripuerit. aut fortasse( quod deterius est) respōderet in faciē religiosus: se id minime quod

Gregorius iubet abbas effecturū. & vt vnum malū suo pondere mox ad aliud trahit/ proprietati suorū bonorum ad quam nimium afficitur: adiūceret & inobedientiam.

Quocirca planū est hanc clauiū traditionē/ aut chartularū ea quæ possidētur peculiariter nominati complectentium: non esse nisi quandā latentis sui morbi obuelationem/ palliationē & obductionē. cū animus non sit a rerū suarū particulariū affectu syncere seiusgatus. Hoc enī colore adumbratur iniquitas: & hoc pretexunt nomine culpā qui eo laborant vicio/ ut videātur boni speciē in propatulo preferre. ¶ Sunt & alie p multę rationes quas i suę causę assertionē afferre solēt: a Ioāne Gersō in supradicto opusculo addu-

cte latius et dissolutæ quas eo ex loco requirere studiōsus lector poterit. cōperietq; dictum authorem/ q̄uis contra professos Augustini regulam et proprietatis labē contaminatos libellū inscribat: etiam contra cuiusvis religionis alūnos bella dei gerere/ et eadem mo uere arma. neq; min⁹ efficaces in alios religiosos: atq; canonicos regulares esse suas machinas/ et instruētas acies. quādoquidē religiones ones mōastice vniiformiter cōueniūt in trib⁹ illis votis prēcipue obseruādis: et i proprij abdicatiōe/ cōmuniq; vīte professiōe. ¶ Castitate/ blādarūq; corporis voluptatū frenatiōne: tertio loco a religiosis eē amplexādā. Cap. XIII



V pereſt poſtremo loco ad absoluendū religionis votum/ castitatē & corporis ab incōcessis voluptatibus continentiam amplecti: qua omnis ad libidinē frenetur impetus/ et sanctū domino corporis ac animi templum cōſacretur. Sane hanc castimoniam cōmendauit Christus: atq; seruandam docuit cū verbo/ tū exēplo. Exēplo quidē sui ipsius, qui virginū omniū decus/ corona et spōs⁹/virginalē in se puritatē supeminēter habuit: et ex sacro sancta virgine matre nasci hoc in mūdovo luit. cui vt ait Augustinus/ foecūditatē attulit: virginitatem nō abstulit/ sed perpetuā ipsam virginē etiam post partū cōseruavit. Verbo autē: cū ait in euāgelio. Sunt eunuchi qui se castrāt propter regnū dei. Et ne quis id omnib⁹ prēceptū clse putet/ sed amplectivoz letibus cōſiliū: cōtinuo ſubnectit. qui potest capere capiat. Castrāt inquā ſe huiusmodi eunuchi/ nō materiali cultro ſed ſpūal: repreſſione inquā ebulliētiū carnis voluptatū. vt ſciat vnuſq; ſq; eorū vas ſuū poſſidere. 1. Tessa. 4.

Augustinus

Matth. 19.

## De laude

- in sanctificatione & honore; nō in passione defyderij  
**Matth. 5.** sicut & gentes quæ ignorant deū. Insuper ijs qui mā  
do sunt corde/eterna dei visio in præmiū re promissa  
est:& sine sanctimonia/ apostolo teste/nemo deū vi-  
**Hebre. 12.** debit. Quid autē sanctimonia: nisi incōtaminata et  
nulla labefacta sorde cū corporis tū animi mūditia?  
**Apoca. 14.** Insuper in Apocalypsi/ qui cū mulieribus non sunt  
coinqüinati sed virgines permanerūt: sequūtur agnū  
quocunq; ierit. Et apud Esaiam dñs eunuchos spiri-  
tuales ita consolatur. Et non dicat eunuchus: ecce  
ego lignum aridū. quia hæc dicit dñs eunuchis. Qui  
custodierint sabbata mea/ & elegerit quæ ego volui/  
et tenuerint foedus meum: dabo eis in domo mea &  
in muris meis locum/ & nomen melius a filijs & filia-  
bus. nomen sempiternum dabo eis: quod nō peribit.  
**Leuiti. 2.** Ad hæc/quid illud in Leuitico insinuat: q̄ dominus  
prohibuit in sacrificijs offerendis mel adhiberi/quod  
dulce est & suavitate sua illicit gustum: nisi in opera-  
tionibus nostris tanq; quotidiano sacrificio exhiben-  
dis/ illecebrosas corporis voluptates arcendas esse/  
longe q̄ repellendas? Cum enim ait ibidē. nec quicq;  
fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio domini:  
significauit nec fermentum malitiæ ac nequitiaæ/nec  
mel mollicularum carnis voluptatū aut delitiarum:  
miseri debere in operibus nostris deo offerendis.  
**1. Reg. 2.** Proinde Ophni & Phinees filij Heli/ consecratido-  
mino ut fungerentur sacerdotio: præter cateras eo-  
rum iniquitates (propter quas a domino in bello/al-  
lophylorum gladio percussi sunt) & illa exprimitur:  
q̄ dormiebant cum mulieribus quæ oblerabant  
ad ostium tabernaculi. ¶ Cæterum huiusc virtutis/  
munditiæ inquam & puritatis cum corporis tum

animi a carnalibus spurcitijs laudes cōtexere: fere su  
peruacaneum videri possit. quandoquidem ipsa in  
sacris litteris cumulatissime laudata conspicitur: & a  
sanctis item doctoribus mirifice prædicata. E qui-  
bus (vt cæteros interea præteream) sacer Cypria-  
nus in libro de duodecim abusionibus hoc de illa  
perhibet laudis ælogium. Pudicitia est (inquit) orna-  
mentum nobilium / exaltatio humilium / nobilitas  
ignobilium / pulchritudo vilium / solamen inœren-  
tium / augmentum omnis pulchritudinis / decus reli-  
gionis / minoratio criminum / multiplicatio merito-  
rum / creatoris omnium dei amica. Hæc sane cum om-  
ni ætati tum adolescentiæ pulcherrimum affert orna-  
mentum: longe magis eā decoras q̄ vestis auro squa-  
lens / aut varijs intexta lapillis. Nempe monilia / gem-  
mæ / redimicula / & quæcunq; mundus preciosa pu-  
tat: corpus mortale dūtaxat adornant / & humanis  
oculis conspicuum / spectabilem q; reddunt hominē.  
Integritas autem corporis / sanctimoniae cordis con-  
iuncta: immortalē animā miro decore efficit splendi-  
dam / & oculis omnipotentis dei gratissimam. quam  
sibi in sponsam diligere / amicam asciscere / & filiam  
cōpellare non dignatur. Audi (inquit) filia / & vide Psal. 44.  
et inclina aurem tuā: & obliuiscere populū tuum / &  
domū patris tui. et cōcupiscet rex decorē tuū: quoniam  
ipse est dñs deus tuus. O preclara & inclyta virtus: que  
acceptum æterno sponso parat thalamum / quæ di-  
uinæ maiestati nobile struit tricliniū / que deo sumo  
quietum & trāquillū (in quo maneat) exhibet hospi-  
tium. Est enim ipse totius puritatis fons indeficiens / &  
syncerae sanctitatis amator: i puris & mūdis cordi-  
bus sibi querēs domiciliū. Sæcili (inquit) estote: quoniam Leul. 19.

## De laude

ego sanctus sum. Quis igitur tātē dignitatis & p̄tē  
stantiæ virtutē non lubens amplectatur: vt deū in sui  
cordis cubili habeat hospitē? Quis cœnobiticā pro-  
fessus vitā/carnē nō libenter edomet: vt et in corpore

1. Corin. 6. suo deum portet atq; glorificet? An nescitis (clamat  
deiloquus Paul⁹) quoniā mēbra vestra templū sunt  
spíritus sancti qui in vobis est: quē habetis a deo &  
non estis vestri? Et alio loco terribiliter interminatur.

1. Corin. 3. Siquis templū dei violauerit: disperdet illū deus. Pla-  
ne legūtur pleriq; gentiles enīxā impēdisse operā: ne  
virtutis huius candorē amitterēt. Dicit enim beatus

Ambrosius. Ambrosius libro tertio de virginitate. Iuuenem ve-  
teres fabulę ferūt/ cū propter admirabilē oris pulchri-  
tudinē in amorem incenderet fœminas: stigmatibus  
exarasse vultū suū/ nequa eū deinceps amare posset.

Valerius. Idem quoq; refert Valerius: non vt fabulosum/ sed  
quod olim reuera contigerit. Itaq; si id fecit gentilis  
adolescens/ ne prestaret alijs fomentū impudicitia:  
quid oro facere debet Christianus/ verā amplexus  
viām veritatis/ & fidē rectā in qua est salus: vt in se &  
alijs clybānum libidinis (quē nunq; definit succēdere  
rex Babylonius/ & in feruore illicitū excitare) cœlesti  
rōre tēperet? Quāq; nō id ipsum probandū censeo/  
quod factitasse narratur adolescēs ille: sibi ipsi defor-  
mitatem inferre stigmatū illatione aut vulnerū irro-  
gatione/ defœdationeue proprię faciei vnguiū discer-  
ptione sulcatæ: sed conueniētibus medijs (quæ paulo  
post paucis explicabūtur) malim omnē lasciuie &  
impunitatis occurrentē materiam succidi/ & fornacem  
Sartaginēq; Babylonicā refrigerio e cœlo petitō re-  
flingui. Proponant potius adolescentes Christiani  
et iuuenes monasticæ addicti discipline (cum violē-

tus in arma surgit hostis) exemplum sancti et casti pa- Gene. 39.  
triarche Ioseph: qui relicta in dominæ suæ manu ve-  
ste diffugit/ ne traheretur ad turpia. Subeat eorum ani-  
mum pudicissimæ & castissimæ Susannæ memoria: Danie. 13.  
qua importuno clamore domesticos acciuit/ ne am-  
plius solicitaretur ad adulterium. Deniq; & beati Ber- Bernardus  
nardi facinus egregiū eis veniat in mentē: qui noctur-  
nos in cubiculo latrones adesse/ ter iproba voce incla-  
mauit/ vt hospitam suæ insidianem virginitati caute-  
ase propelleret. hec sūt arma Christiane militiæ: qui  
bus instructi iuuenes callidū hostem blande congre-  
dientem proterant. ¶ Neq; a Christianis solum au-  
thoribus: sed et a philosophis verè fidei expertibus/  
hec vitæ mundities est admodum cōmendata. Omit-  
to siquidem q; pleriq; eorum cœlibem duxerunt et  
in perpetua cōtinētia vitam. vt Plato/ Xenocrates/ et  
nonnulli aliorum. at quomodo verbis ipsorum / est  
probata castimonia/damnataq; spurcitia vitæ: breui-  
bus perstringere nitar . Enim uero cum quidam stoli-  
dus audiente Pythagora diceret malle se cum mulie Pythago-  
ribus esse q; cum philosophis conuersari : et suis (in- ras.  
quit Pythagoras) libētius in cœro/q; in aqua versan-  
tur. Insuper authore Apuleio/ Socrates philosophus Apuleius.  
vltro etiam suasisse fertur discipulis suis : vt semetip-  
pos crebro in speculo cōtemplarentur. vt qui propria  
pulchritudine sibi foret complacitus: impendio pro-  
curaret ne dignitatem corporis malis moribus dede-  
coraret. Qui uero minus commendabilem se forma-  
putaret: vt virtutis laude turpitudinem corporis ter-  
geret. Sed quenam obsecro virtus apud deum et ho-  
mines clariorem suo cultori comparat laudem : q; in-  
tegra castitas et continentia vitæ: cum ediuerso nulla  
e i

## De laude

morum improbitas grauiorem inferat infamiam aut  
maculam tetrorem: q̄ fœditas et lascivia carnis. De-  
niq; vt author est Laertius de vita philosophorum:  
Diogenes cum vidisset quandam decora facie et mo-  
ribus honestum: ait. O q̄ bona domus/et malus ho-  
spes. Quod quidem opprobrium de nullo rectius po-  
test dici/q̄ eo qui dotem formę habet corpori natura  
institam: eam tamē turpi libidine commaculat ac pol-  
luit/et exinde animam habet in specioso corporis do-  
micilio sordidam ac cōtaminatam. Postremum cum  
in scholam Xenocratis philosophi/et grauitate et mo-  
rum seueritate venerabilis/irrupisset impudenter Po-  
lemo adolescens Atheniensis/temulentus/vnguentis  
delibutus/et sertis coronatus: ita est Xenocratis ver-  
bis (quibus pr̄termissa quam pertractabat materia/  
ea occasione tum de temperantia et vītę continentia  
differuit) ad sanitatem mentis reductus: vt abiectis ilī  
co intemperatię signis et motibus/ad morum fruga-  
litatem se totum contulerit: et insignis demum philo-  
sophus assiduo studio euaserit. ¶ Porro ad consequē-  
dam hanc arduam virtutem: imprimis opus est assi-  
duis precibus illam a deo exposcere. quoniam (vt in-  
quit sapiens) aliter non possem esse continens: nisi  
deus det. Et Hieronymus in sermone de assumptione  
beatę virginis Marię: dicit. Bene angelus ad virgi-  
nem mittitur: quia semper est angelis cognata virgi-  
nitas. Profecto in carne pr̄ter carnem viuere: non  
terrena vita est/ sed cœlestis. Vnde in carne angelicā  
gloriam acquirere: maioris est meriti q̄ habe-  
re. Esse enim angelum: fœlicitatis est. esse vero vir-  
ginem: virtutis. dum hoc obtinere nititur cum gra-  
tia: quod habet angelus ex natura. Vtrumq; tamen

Laertius.

Diogenes.

Xenocra-  
tes.

Polemo.

Sap. 8.

Hierony-  
mus.

et esse virginem et esse angelum: diuinī muneris est officium/non humanum. Cui astipulatur Ambrosius in libro de viduis dicens. Superreditur virginitas conditionē naturę humanę: per quam homines angelis assimilātur. maior tamen est victoria virginum q̄ angelorum. Angelī enim sine carne vivunt: virgines vero in carne triumphant. Secundo operæ premium fuerit: victus parcimonia vt̄ et suum sepius defraudare genium. Sunt enim ligna substrahenda foco: si volumus extinguere flammatum ignis. ita corporis fugienda est saginatio: si libidinum incendia volumus refrigerare/ et igneas fathanę sagittas extinguere. Id sane admonet Hieronymus in epistolis: scribens ad Hieronymus. virginem monasticam. Si experto creditur hoc primum moneo: ut sponsa Christi vinum fugiat pro veneno. hec aduersus adolescentiam prima arma sunt demontium. Et eodem loco. Vinum et adolescentia: duplex incendium voluptatis. quid oleum flammę adiūcamus: quid ardenti corpusculo fomenta ignium ministram⁹: Moderatus cibus et nunq̄ venter explatus: sin tibi quotidiana ieunia/ et refectio saturitatē su giens. Idē quoq; alio loco. Quicquid seminariū voluptatis est: venenū puta. Parcus cibus et vēter semper esuriēs: triduanis præfertur ieunijs. Eide cōsonat Io annes Chrysostomus dices. Castitas sine comitibus suis/ ieunio videlicet et temperatia: cito labascit. Qz si mus. his quasi adminiculis roborata fuerit: pfacile corona bitur. Idē quoq; super Mattheū. Si mēs sobria fuerit: naturaliū motuū nocumētū nullū crit. Apostol⁹ etiā Ephesios monet. Nolite ineptiari vino: in quo est luxuria. Nichil enim ēque cōducit ad serenitatē & puritatem mētis obtinendā/ ad incolumente animi iudiciū cō-

## Delaude

seruandum ad cōsequendam diuinarum scriptura-  
rum rectam intelligentiam: atq; temperata in cibo et  
potu/mediocritateq; definita moderatio . Exemplo  
nobis sunt Daniel et tres pueri hebrei:a Babylonica  
fornace cœlesti virtute erepti qui in aula enutriti re-  
gia: aquam et legumina prētulerūt lautis cibis de mē-  
sa regis sibi apparatis . et maiorem oris elegantiam  
formęq; decorem q̄ sui coetanei qui epulis regijs ve-  
scebantur ostentarunt. insuper in rebus cum huma-  
nis tum diuinis prudentiam et sapientiam supra ce-  
teros sunt adepti: virgineoq; candore spectabiles ha-  
biti. Proinde Esaias insectatus crapulam et ebrietatē  
populi Iudaici: ait. Verum h̄i quoq; prē vino nescie-  
runt: et prē ebrietate errauerunt. Sacerdos et prophe-  
ta nescierunt prē ebrietate/absorpti sunt a vino/erra-  
uerunt in ebrietate : nescierunt videntem/ignoraue-  
runt iudicium . Omnes enim mensē replete sunt vo-  
mitu/sordiumq;: ita vt nō esset vltra locus.deinde in-  
terrogat. Quem docebit dominus scientiam : et quē  
intelligere faciet auditum ? Et continuo respondet.  
ablactatos a lacte: auulso ab vberibus. id est/a carnis  
voluptatibus abstractos/alienos/et semotos . Simili-  
ter Job sciscitatus:sapiētia vero vbi inuenitur/et quis  
est locus intelligentię: continuo respondet. nescit ho-  
mo precium eius:nec inuenitur in terra suauiter viue-  
tium/ id est delicias mundi et mollicula carnis blandi-  
menta prosequentium. Insuper Ecclesiastes de seipso  
ait: vt nos omnes edoceret. Cogitaui in corde meo/  
abstrahere a vino carnem meam:vt animum meum  
transferrem ad sapientiam/deuitareq; stultitiā. Non  
dissidet ab his et Hieronymus dices: q̄ vēter pīnguis  
nō gignit sensū tenuē. q̄q; secūdū Esopi apolozum/

Danie. 3.

Danie. 1.

Esa. 28.

Job. 28.

Ecclēs. 2.

Hierony-  
mus.

mus pastu refertus per angustū nequit transire foramen: quod tamē iejunus subierat. Nonne etiā filij Io nadab Rechabítæ/quia a vīno se secūdū paternū cōtinuerunt præceptū: benedictionem/ & continuaæ suc cessionis posteritatis suæ promissionem a deo acceperunt: Iudith item vídua/ assiduo iejunio castitateq; memorabilis: superbum Holofernī vīno sepulti caput obtruncavit/ populūq; domini liberauit ab exterminio. Ioānes quoq; Baptista altisonus Christi præco in deserto: vīnū et sicerā non bībit/ vīrgineaq; puritate vt angelus enītuit. Deniq; Anna prophetilla quotidianis orationib; & ieuniis: infantia Christi spectatrix facta est/ & redēptionis Israel exhibita testificatrix/ vīdualisq; castitatis titulo inter cæteras virtutes suas splendide adornata. Alia ex sacris litteris propositæ rei approbatoria testimonia studiosus lector facile sibi colligere poterit: simul & exempla.

Elopus.

Hiere. 35.

Iudith. 8.

Lucæ. 1.

Lucæ. 2.

¶ Quomodo ab interioribus & exterioribus hostiis castitatem oppugnantibus: est summo pere cauendum.

Cap. XV.



Aeterum quoniam dicit beatus Augustinus: q; inter omnia certamina Christianorū/ duriora sunt prælia castitatis. nam ibi continua (inquit) est pugna: & rara victoria. contra illecebrosas carnis titillationes armis spiritualibus instructos nos esse oportet/ & vndiquaque munitos. Impresmis quidem interiorem nostrum hostem & domesticum( nam inimici hominis: domestici eius) scilicet propriam carnem/ opus est coercere ab insultibus intestinis/ & rebellione in spiritum per ebullientem naturę calorem/ & prurientia libidinis incentina. Quæ e. iii.

Augustinus.

Micheæ. 7.

## De laude

cum nostræ non sint primum potestatis/ quin inter-  
dum etiam nobis inuitis insurgant & suboriantur; in  
nostra tamē facultate situm est/ ea aut sedula oratio-  
ne diuinam, implorante opem / aut attenta animi ad  
aliud salutare fixius cogitandū cōuersione/ aut ama-  
rissimę passionis dñi nostri pia recordatione/ aut ter-  
rifico flāmę gehēnalis horrore. restinguere cōtinuo;  
et non sinere illa exitialia incendia in nobis latius ser-  
pere/ licentiusq; dominari. ne mala per longas inua-  
lescant moras / & neglecta magnas sumant vīres/ ip-  
samq; domū nostrā vorax flāma gehēnę populetur  
et absumat. Eniuero litteris mandatū comperimus  
nonnullos vītē sanctitate p̄estantes viros/ vt graues  
eflus suę carnis extinguerent: vīm dolorificā sibi ipsi  
plerūq; intulisse / & diro se se afflictasse dolore extrife-  
co: qui ignē illū concupiscētię rapidū necnō imis effer-  
uentem medullis mītigaret atq; sedaret. Sanctus enī  
Benedictus. Benedictus ut molestiā illā lasciūtēis carnis edoma-  
ret: spinis se iniecit ac vepribus / quorū aculeis cru-  
entata caro/ ab ardore illo obscenę cōcupiscentię resi-  
Bernardus deret. Beatus etiam Bernardus gelido stagno se to-  
tum immersisse legitur: cuius algore/exestuans petu-  
lantius corpus refrigericeret. Demum sanctus pa-  
Franciscus ter Franciscus cum iūfestam procaciter libidinosis  
stimulis sentiret carnem : gelidæ niui se nudum in-  
uoluit/ & asperitatē illam niualis frigoris tam diu  
persepsus est: quoad resedisset illa efferuefactio car-  
nis/ & redisset tranquillitas. Nec silentio p̄terereun-  
dus est ille fortis Christi athleta: qui (vt cominemō-  
rat beatus Hieronymus in vita Pauli primi eremiti)  
a persecutoribus Christianę fidei molli strato im-  
positus/ in horto amenissimo gramineisq; inexus vī-

culis / vt a meretricula illuc inducta permoueretur  
ad lasciuiam: cum aliud non haberet remedium quo  
obscenos carnis motus compesceret/ propriam lin-  
guam suis dentibus mordicus euulsit : atq; in faci-  
em mulierculæ blandis amplexibus ipsum incitan-  
tis ad illicita expuit/sicq; grauiori dolore præcisæ lin-  
guæ: estum libidinis in se restinxit / & egregius lasci-  
uientis corporis viator euasit. Hæc sunt certamina  
sanctorum / & strategemata oculis nostris obiecta:  
quæ in hoc difficulti duello imitemur/ vt decuicta car-  
ne tropheum cum ipsis reportare valeamus. ¶ Se-  
cundo vero loco necesse est/ extrinsecum hostem ca-  
stitati callide insidianem a nobis propellamus : fre-  
quentis scilicet mulierum contubernium et quotidiana  
consuetudinem/qua nichil est animæ castitatis  
amatrici periculosius. Non enim potest palea pro-  
pius admoueri igni: quin illius calorem persentiscat  
& incendia concipiat. Hoc studiose admonet Hiero-  
nymus ad Nepotianum scribens his verbis. Hospi-  
tiolum tuum aut nunq; aut raro mulieres terant: nec  
sub eodem tecto cum eis manseris/ nec in præterita  
castitate confidas. nec enim ipso David sanctior/nec  
Sampsone fortior/ nec Salomone potes esse sapien-  
tior: qui tamen lapsi sunt per mulieres . Idem quoq;  
ad Oceanum . Prima tentamenta clericorum: fre-  
quentis fœminarum accessus . Quid tibi cum fœmi-  
nis O clerice: qui cum domino ad altare famularis?  
Deniq; idē in epistola ad Heliodorū. Quid facit mo-  
nachus in cellis fœminarum? quid sibi volunt pri-  
uata & sola colloquia & arbitros fugientes oculis? Sā-  
ctus amor: ipatiētiā non habet. Hęc Hieronymus.

Hierony-  
mus.

## De laude

- Augustin⁹ Proinde recusauit sanctus Augustinus etiam cum propria sorore commune habere domicilium; causatus & recte quidem eas mulieres quæ in comitatu suæ sororis versarentur atq; familia/ non esse suas sorores: & ea ex parte periculum & dispendium castitatis sibi immínere posse. Memorabile est & illud Vrsinus. Vr-sini viri sancti verbum, qui cum iamiam moriturus lecto decumberet, & ultima traheret suspiria: & mulier quædam ex ijs quæ ministrabant ipsi in sua egritudine/admoueret faciem ori eius / exploratura si ad-huc supereffet halitus & spiraculum vitæ in ipso iam præmortuo corpore:turbida voce proclamas ait asta-tibus. Remouete ocyus a me istam paleam:nā ad-huc igniculus viuit in isto q̄uis moribundo corpore.
- ¶ Tertio deniq; loco auertendi sunt oculi ab incauto & impudico fœminarum aspectu:sicui cordi fuerit/castitatis integratatem inuiolatam custodire, quoniam qui viderit mulierem ad concupiscendum eā: iam mœchatus est eam in corde suo . vt attestatur dominus apud Mattheum . Et plerumq; ascendit mors per illas oculorum fenestras: & ingressa est do-mos cordis humani/ & oculus hominis deprædatus est animam eius. Nempe Dauid per oculorum suorum lasciuiam: decidit in tristem adulterij foueam.
- Hiere. 9. Duo itidem senes Iudaici populi in Babylone iudices: per hanc oculorum vanitatem exarserunt in concupiscentiam castissimæ Susannæ / & corruerunt in imum malorum præcipitium . Deniq; Aegyptia illa mulier/dominacasti & sancti patriarche Ioseph: legitur iniecisse oculos suos in Ioseph/ & exinde inflamata fuisse insano illius amore. Propterea sanctus
- Threno. 3. 2 Reg. 11. Danie. 13. Gene. 39. Augustin⁹ Augustinus in regula fratres solcite admonet dices.

Non dicatis vos habere animos pudicos/ si habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus/ impudici cordis est nuncius. Et Gregorius in moralib<sup>9</sup> exponens illud verbum Iob. Pepigi foedus cum oculis meis: ut ne cogitarem quidem de virginie/dicit. Ut munda sit manus in operatione a lasciuia voluptatis: deprimendi sunt oculi/ quasi quidam raptore ad culam. Demum Hugo de sancto Victore/ libro secundo de clauistro animae: inquit. Pudicus oculus: ianitor est cordis. sedet ad ianuam: nec permittit intrare quod noceat. nichil nunciat: nisi quod deceat. quicquid indecens nouerit esse: excludit & eliminat. Impudicus vero querens quod placeat: per omnia discurrat/ volentes intrare permittit ac patitur: nolentes vero monet ac hortatur. Vnde dicit scriptura. Oculi sunt prima tela adulterii. Itaque auertendi sunt diligenter corporis & mentis oculi: ne videant vanitatem.

Iob. 31.

Gregorius

Hugo de  
santo Vi-  
ctore.

Ecc. 16.

**C**on studio scripturarum & corporis exercitio occupanda est mens religiosi: ut ocium declinet & libidinem.

Cap. XVI.

**V**oniam Cassiodorus super Matthæum attestatur: quod sex sunt que incorruptam seruant castitatem. scilicet sobrietas/ operatio/ asperitas cultus/ inhibitio sesuum/ raritas sermonis cum honestate/ euitatio oportunitatis & personæ & loci & temporis. Et recte item dictum est ab authore non ignobili/ quod diuturna quies vicijs alimenta ministrat: fugiendum est ante omnia religio so castitatis amatori ocium / & vacatio cum corporis tum animi a labore & honesta exercitacione. Semperque (vt monet Hieronymus) aliquid boni fa-

Cassiodor

Cato.

Hierony-  
mus.

## De laude

- Hierony- ciendum; ut eum diabolus occupatum inueniat. Ni-  
mus. chil enim æque libidinem frangit & ignea eius tela  
retundit: atq; animi in bonis cogitatibus & corporis  
in honesto & moderato labore occupatio/ qua pre-  
cludantur importunæ suggestiones hostis: & obsec-  
nis cogitationibus via non aperiatur. Hanc ob rem  
scribit Hieronymus ad Rusticum monachū. Aegy-  
ptiorum monasteria hunc morem tenent/ vt nullum  
absq; opera & labore suscipiant: non tam propter vi-  
ctus necessaria q; propter animæ salutem/ ne vase-  
tur cogitationibus perniciosis. Et beatus Paulus cū  
**1.Corin.9.** facultatem haberet tēporalia ab illis metēdi quib;u  
spiritualia seminauerat: noluit hac vt̄i potestate/ sed  
proprijs laborauit manib; ad victū necessariū quæ-  
ritandū. quo cateris daret exemplū deuitandi ocīū/  
& labore manuū victū sibi quærēdi. cū scriptū sit/ la-  
bores manuum tuarum quia māducabis: beatus es  
**Psal.127.** & benetibi erit. Et ad Theſſalonicēses scribēs ait. qui  
**2.Theſſa.3.** non vult operari: nec māducet. At vero si non habet  
hoc loci constitutio aut consuetudo/ q; manibus ope-  
ra exerceantur a religiosis in monasterio: saltem mēs  
ipsa nunq; vacet a diuinorum librorum lectione/ vt  
sacræ scripturæ/ aut eorum qui suis explanationibus  
ipsam elucidarunt. Nam quod ait Seneca. Ociū sine  
litteris/ mors est: & viui hominis sepultura/ potissimū  
locum habet in addictis vitæ monasticae/ atq; in reli-  
gione constitutis. Qui si litteris instituti non fuerint:  
tempus quod reliquum est post expletum ecclesi-  
asticum officium/ sacra lectione occupare nescientes:  
inhonestis ludis/ ociosis fabulis/ illiberalibus studijs/  
vagis cogitatibus aut comedationibus absument.  
quia honesta exercitia/ quæ interim agant: prorsus

ignorant, ex quo in omnem irreligiositatem / turpi-  
tudinem / & dissolutionem vitæ facile prolabuntur.  
Qz si disciplinis mentem habeant excultam / & ea-  
rum oblectentur exercitio religiosi : quicquid reli-  
quum fuerit temporis post peracta monasterij mu-  
nia / libenter impendent sacerorum librorum lectio-  
ni qui & intellectum eludent diuinarum rerum co-  
gnitione : & affectum inflament ad deum / cœle-  
stisq; patriæ desyderio succendant. Siquidem religi-  
osis potissimum ea sunt euoluenda librorum gene-  
ra : quæ animum rectis forment vitæ institutis / aut  
priscorum patrum exemplis . qualia sunt: liber cō-  
fessionum sancti Augustini / meditationes & ma-  
nuale eiusdem / & pleraq; similia eius opuscula. ope-  
ra beati Bernardi : & pietate in deum & religiosa  
doctrina refertissima . liber contemplationum Re-  
mundi pij eremitæ / & nonnulla alia eius opera:  
ardentis in deum affectus & suavitatis spiritus san-  
cti plenissima . Stimulus diuini amoris Bonauen-  
ture / eiusdem itinerarium mentis in deum / & cæ-  
tera illius opuscula : cœlestis amoris ignem spiran-  
tia . Meditationes Ioannis Gerson / & reliqua eius  
opera : consolatione spirituali & dulcedine exube-  
rantia. Kursum paradisus Heradidis / de vita ana-  
choritarum & monachorum sui temporis . Cassia-  
nus item de institutis coenobiorum / & reliqua eius  
opera religiose vite instituendæ supra modum con-  
ducentia . Ad quorum sedulam lectionem Cassiodorus  
& eruditione sacrarum litterarum & vite in-  
tegritate mundiq; contemptu eximius : monasterij  
sui fratres ita exhortatus est. Cassianum (inquit)  
presbyterum / qui conscripsit de institutione fide-

Qui libri a  
religiosis  
sunt legēdi.

Cassiodorus

## De laude

lium monachorum: sedulo legite/frequenter audite.  
Qui inter ipsa sancti propositi initia: octo principia  
lia vicia dicit esse fugienda.hic noxios motus anima-  
rum ita competenter insinuat:vt excessus suos homi-  
nem pene videre faciat & vitare compellat/ quos an-  
tea confusione caliginis ignorabat.Beatus item pa-

**Dominic⁹** ter Dominicus sacri ordinis fratrum prædicatorum  
author ac fundator primarius/ librum illum Ioannis  
Cassiani qui collationes patrum inscribitur(ut histo-  
ria de eius vita conscripta testatur) studiose legens/ ac  
vigilanter intelligens: salutis in eo rimatus semitas/  
ad magnum perfectionis apicē peruenit.seqꝫ supra-  
dicti libri solicita lectione:i religionis sacrę prouectū  
atqꝫ spirituali progressu mirum in modum profecis-  
se:ingenuo contestatus est.Ita & reliquos spero idem  
iudicaturos atqꝫ percepturos: si librorum hic nomi-  
natorum & consimilium/ post sacrarum litterarum  
volumina:lectione assidua delectentur.Siquidē bea-

**Augustin⁹** tus Augustinus librī Ciceronianī(cui Hortensio no-  
men est)lectionem/animum suum induxisse in mun-  
di contemptum: ita attestatur in tertio libro confes-  
sionum.Vilitato iam discendi ordine peruerteram in  
librum quendā cuiusdam Ciceronis:cuius lingua fe-  
re omnes mirantur/pectus non ita.Sed liber ille ipsi-  
us exhortationem continet ad philosophiā:& voca-

**Hortensi⁹** tur Hortensi⁹.Ille vero liber mutauit affectum meū:  
& ad te ipsum domine mutauit preces meas/ ac vota  
& desideria mea fecit alia.Viluit michi repente on-  
nis vanaspes:& immortalitatem sapientiae concipi-  
scbam æstu cordis incredibili/ & surgere iam cœpe-  
ram vt ad te redirem.Et hoc solum me in tanta fla-  
grantia refrangebat:qꝫ nomen Christi non erat ibi.

quoniā hoc nomen secūdū misericordiā tuā domine/  
hoc nomen saluatoris mei filij tuj: in ipso adhuc lacte  
matris tenerū cor meū pie biberat / et alte retinebat.  
et quicquid sine hoc noīe suisset/ q̄uis litteratū et expo-  
litum et veridicū: non me totum rapiebat. Si igitur  
Augustino/cum adhuc oberraret in tenebris ignorā-  
tię: lectio libri ab ethnico et verę fidei ignaro authore  
compositi/tantū contulit emolumēti: vt affectum ani-  
mis sui omnino in diuersa mutarit/ atq; in sapientię cō-  
sequendę amorem ardenter rapuerit . quid quęso fa-  
cient libri a Christianis/ ijsdemq; sanctissimis viris æ-  
diti? in quibus sp̄iritus sanctus intus loquebatur : et  
verba formabat flammantia/ estuātiaq; diuino igne.  
in quibus opera verbis consonabant ; et ab operibus  
verba acceperunt efficaciam . presertim cū in ijsdem  
libris/domiñi nostri Ihesu Christi nomen frequen-  
tius repetatur: vt crebra illa nominatione quasi igni-  
tis iaculis mens legentis inflammetur / inardescat et  
igniatur: que ab ipsis incunabulis imbibit pietatem  
Christianę religionis/ et in catholicę fidei lumine ver-  
satur. Nonne potiore iure permutabūt affectum car-  
nalem in spiritualem/ terrenū in cœlestem/ caducis in-  
hiantem rebus in suspirantem ad eterne vitę bona?  
Ceterum vt animosius incitentur religiosi ad indefes-  
sum sacrorum librorum studium: proponimus ocu-  
lis eorum duces huius vię inclytos patres . imprimis  
Origenem Adamātium. qui/ vt scribit Hieronymus  
ad Marcellā : nunq; cibum sine lectione sumpsit/ necq;  
sommum vniq; accepit : nisi vnuſ e fratribus/ sacris lit-  
teris personaret. hoc diebus egit et noctibus: vt lectio  
orationem susciperet / et oratio lectionem . Sanctum  
item Cyprianū martyre: qui Tertulliani presbyteri

Origenes.

Cyprian.

Tertullianus.

## De laude.

patria Carthaginensis Africanę prouincię scripta in  
tāta veneratione habuit: vt nullū sine eorū lectiōe diē  
prēteriret. Dicere enim ad notariū suū cōsueuerat. da  
magistrū. Tertullianū videlicet designās: cui⁹ lectio-  
nē efflagitabat. Deniq̄ beatū patrē Hieronymū. de  
quo Seuerus Sulpitius in vita beati Martini loquēs/  
vbi nōnullorū monachorū oriētaliū acta recēset tale  
perhibet ḡlogium: cū i peregrinatiōe sua hierosolimi-  
tana eū inuisiſſet. Vere dixeri. Catholica hominis sci-  
entia/sana doctrina est. Totus semper in lectione: to-  
tus in libris est. non die non nocte requiescit: aut legit  
aliquid semper/aut scribit . Itaq̄ horum et consimi-  
lum sanctorum patrum (quos consulto prēterimus:  
nenimia prolixitate aut copia/lectorī fastidium inge-  
ramus) exemplo: discant religiosi sacros libros no-  
cturna versare manu versare diurna/et nullam diem  
sine linea prēterire sinant. more Apellis Coi/egregij  
pictoris. quinunq̄ adeo occupatus fūerat aut nego-  
cijs distentus: quin singulo quoq̄ die vnam saltēm li-  
neam ad sua artis exercitium protraheret atq̄ duce-  
rēt. Vnde supradicto adagio occasionem/materiam  
et locum prēstītit. Quocirca commendandum id ap-  
prime foret. nullum ad monastice vitæ professionem  
admitti facile debere: quin litteris vel mediocriter es-  
set imbut⁹/aut in monasterio (si rei litterariæ effet ac-  
cōmodus) curaretur disciplinis inslitui ad rectā sacra  
scripturā et sāctorū doctorū itelligētiā necessarijs. ne  
popul⁹ ipse religiōis propterea ducatur i captiuitatē  
viciorū et libidinis: quia nō habuit sciam scripturarū.

¶ Abbatem / supremumq̄ monasterij patrem  
suis religiosis/ vt hec seruent vota: exemplū pro  
prię vitæ prestare debere. Cap. XVII.

Hierony-  
mus.

Seuerus  
Sulpitius.

Apelles  
pictor.

Efa.5.

**O**rro ut hæc præcipua religionis vota illabe-  
facta et inuiolata seruentur: magnam feret  
opem et suppetias ipse qui monastico gregi  
præfectus est si quemadmodum cæteris præ-  
est authoritate et dignitate: ita quoq; religionis ob-  
seruatione et bonæ vitæ exemplo cum nichil ita for-  
met subditorum vitā ad virtutem: atq; bona opera su-  
periorum illis proposita ad imitationem. Eniuero  
apostolis et omnibus qui dominico præsunt ouili: di-  
ctum est a domino. Sic luceat lux vestra corā hoībus  
vt videant opera vestra bona et glorificant patrem ve-  
strū qui in coelis est. Si enim gentiles videntes conuer-  
sationē honestam Christianorū plerumq; ea ratione  
inducebantur ad amplexandam fidē et ea de causa  
exhortatur beatus Petrus fideles ad seruandā coram  
fidelibus morū probitatē: cum ait. Charissimi obse-  
cro vos tanq; aduenas et peregrinos / abstinere vos a  
carnalibus desyderijs: quæ militant aduersus animā/  
conuersationem vestram inter gentes habentes bo-  
nam. vt in eo quod detracunt de vobis tanq; de ma-  
lefactoribus ex bonis operibus vos confuderantes:  
glorificant deum in die visitatiōis. quāto magis sub-  
iecti cōspicientes integratatem vitæ sui præpositi: inci-  
tabuntur acrius vt se totos conferant ad eius imitatio-  
nem consecrandaq; vestigia. Proinde apostolus ad  
Timotheum scribens nemo (ait) adolescentiam tuā  
contēnat: sed exēplū esto fidelius in verbo/ in cōuersa-  
tione/ in charitate/ in fide/ in castitate. Eti epistola ad  
Titum admonēs ipsū dicit. In omnibus te ipsum pre-  
be exemplū bonorū operū: in doctrina/ in integritate/  
in grauitate. Itaq; si regulam suæ religionis velit pa-  
ter ceteris præpositus a fratribus infractam custodiri:

Matth. 5.

1. Petri. 2.

1. Timo. 4.

Titum. 2.

## De laude

ipse eandem ad vnguem obseruet/ut exinde alijs illis seruādē p̄ebeat exemplum/et iuste possit eam trans gredientes corripere. Alioqui audaciam capient reli giosi et occasionem p̄euaricandi eam; si cōspexerint suum patrem per viciorū abrupta progredi, et quic quid ille facit: sibi etiam licere putabunt. Quicquid enim maiores faciunt: eadem cupiūt/audentq; mino res.

**Gregorius.** Et sicut ait beatus Gregorius/cum pastor per ab rupta graditur: necesse est ut grex etiā ad p̄cipitia sequatur. Et cum percutitur telo iniquitatis et impro

**Zacha. 9.** bē vitę pastor; dispersuntur itidē oves gregis per de uia viciorū / et aberrant a rectitudine vię domini. Qua identidem fronte audebit ceteris p̄eeminens alios ob regulę transgressionem corripere: si ipse eius dem aut grauioris p̄euaricationis cōscius sit/et reus inueniatur? Sit igitur pater ipse domus monastice/obediens regulę: si velit alios debitam sibi obedientiā p̄estare.

**Xenocra tes.** Porro Xenocrates Atheniensis philoso phus inter octoginta p̄cepta insituendę vitę regie/ hoc hahet ordine quinquagesimum quartum. Mo res ita omni ex parte rex componat: ut ipsum veluti speculum rectissimamq; viuendi normam / ciues sibi ipsis proponat. Nam quid indignius/q; priuatos ho mīnes honeste ac moderate viuere: reges autem ip sos impure/atq; turpiter? Adde et id exploratissimum esse: ciuitates omnes/principum suorum vitam imita ri solere plurimum. Idem quoq; Claudianus admō net: ita regem quemlibet compellans.

**Claudian⁹.** Tu ciuem/patremq; geras, tu consule cunctis:  
Non tibi, nec tua te moueant; sed publica vota.  
In commune iubes siquid/censemq; tenendum:  
Primus iussa subi, tunc obseruantior equi

Fit populus/nec ferre negat:cum viderit ipsum

Actorem parere.sibi componitur orbis

Regis ad exemplum.nec sic inflectere sensus

Humanos edicta valent:vt vita regentis.

Mobile mutatur semper cum principe vulgus.

Sed quorsum hec (dices) de regia institutione verba

aut precepta? Sane ut animaduertat / qui curam ge-

rit monastici gregis/ illique gubernando prefectus est:

eadem sibi obseruanda esse/si suo velit officio integre

et rite fungi.Q uod enim i republica et regno est rex

ad suos subditos:id in monasterio et fratrum sub in-

stitutione regulari degentium coetu est abbas atque su-

premus illius congregationis pater / ad suos religio-

sos. Itaque quemadmodum regem audiuit a Xenocra-

te et Claudio commonefactum ad vitæ rectitudi-

nem/qua subiecto sibi populo prestat virtutis exem-

plum:curet itidem ita secundum regulę propositę nor-

mam/mores et vitam suā formare:vt id liquido con-

spiciatur eluescere in capite/quod membra debeant

sibi ad imitationē assumere.atque secundū rectū naturę

ordinē:ab ipso capite in membra debitus fiat vite mo-

rūque deflux<sup>9</sup>. ¶ Curet itē sumopere supremus mona-

sterij pater/constitutiones monasticas omnes integre

obseruari: et ne in minimo quidem patiatur suos ab

illis digredi.Q uoniam sicut Aristoteles in quinto li-

Aristoteles

bro Politicorū ponit vnā causam labefactationis rei-

publicę:quę minuta paruitas appellatur.quādoscil-

licet sinitur transgressio constitutionū reipublicę pau-

xillum et latenter paulatim irreperere: per hoc que pri-

imum omittunt ciues aut magistratus reipublicę ali-

quid paruum ex ijs/que ad rem publicam attinent.de-

inde quippiam aliud paulo maius facilius mouent:

## Delaude

et id quidem/quousqe moueant totam reipublice for  
mam. ita si laxiore patris indulgentia quippiam ex  
seueritate regule licet exiguum tollitur/ deinde aliud  
aliquanto maius / item et aliud : sublatis hoc pacto  
permultis quae parua existimantur/ tandem tota la  
befactatur religionis stabilitas/ et firmitudo conqua  
satur. Ut enim sapiens testatur Hebreus: qui spernit  
modica/paulatim decidet. Quocirca qui maxima di  
sciplinæ monasticae vult inslituta solide cōseruari: ne  
minima negligatur et prateoreantur / enixe laboret.  
quoniā a minimiis: in maxima proculcanda facilis est  
progressio. quandoquidē minimus in principio error  
et sciētiarū et morū: maximus excrescit in fine. et uno  
incōueniēti dato: multa cōtingunt. Idem quoqe prae

Ecclesiasticus 19. clare monet Aristoteles in quinto Politicorū libro/  
ostēdēs quomodo respubli<sup>c</sup>a debeat a prolapsione  
et decidētia cōseruari: cū ait. In illis rebus publicis que  
laudabiliter permixtæ ac tēperatæ sunt/ illud est dili  
gēter obseruādū: ne quid ex legibus institutisqe mo  
ueatur. maximeqe ab eo cauēdū: quod paulatim re  
pit. latet enī corruptio: quia nō tota simul fit. Ita sane  
in monastica republi<sup>c</sup>a moderāda: curādū est et effi  
ciundū. Seruāt enī qui in bello versātur: suā militare  
disciplinā exacte/ neqe a statioe discedūt perducē ex  
ercitus assignata. alioqui graues subeūt suę trāsgressi  
onis pœnas. Ita qui spumosū nauigāt: equor: nauticā  
seruāt disciplinā. & qui agriculturæ sunt dediti: agros  
rū colendorū rationē obleruāt & regulā. Qui dñi igi  
tur milites monastici cōtra sathanā/ mūdū/ & carne  
dura gerentes praelia: suæ spiritualis militiæ leges cu  
stodiet/ & ab eis neutiqe discedent! ¶ Neqe id etiā p  
termittendū/ illū qui alijs in cōgregatione monaste

riali præcessit; in spiritu lenitatis & mansuetudinis præsidere ipsis debere/nō in acerbitate & asperitate. Reprahendit enī dominus per Ezechiēlē pastores ini-  
quos dicēs. Quod abiectū est nō reduxisti/ & quod perierat nō q̄uisisti: sed cū auferitate iherabatis eis &  
cū potētia. Et Petrus apostolus monet dominico gre-  
gi præpositos dicens. Pascite qui in vobis est gregem 1. Pet. 5.  
dei/prudentes non coacte sed sp̄otanee secundum  
deū: neq; turpis lucrī gratia/sed volūtarie. neq; vt do-  
minantes in clero: sed forma facti gregis ex animo.  
Hortatur itē pariter & docet idē nos Ecclesiastic⁹ di-  
cens. Rectorem te posuerunt/noli extollī: esto in illis Ecclī. 32.  
quasi vnum ex ipsis. Idē etiā alio loco. Noli esse sicut Ecclī. 4.  
leo in domo tua: euertens domesticos tuos/ & oppri-  
mēs subiectos tibi. Curare etenī debēt superiores: se  
potius amari a subditis/q̄ timeri seruiliter. nā si syn-  
caro diliguntur affectu: quicquid iubebūt/ leue vide-  
bitur & factu facile. Omnia enim dura & grauia (vt  
ait Augustinus) leuia & iucunda facit amor. Sin Augustinus,  
vero timerunt solum ipsi patres a subiectis / non  
etiam amantur: duntaxat metu poenarum aut in-  
famiae fiunt eorum iussa a subditis / inuitō tamen  
animo / resilienteq; et in oppositum obnitente. Ni-  
chil enim tam factu facile: quin difficile fiat (vt ait co-  
mīcus) si id inuitus facias. Hinc plerumq; exaspera-  
tus atq; exacerbatus nīmīa seueritate/tetricoq; rigo-  
re patris/ religiosorum animus: obmurmurat/nītitur  
in vetitū, palāq; rebellat/audetq; in desperationē ad-  
ducī triste aliqd facin⁹: qd graue oībus igerat scāda-  
lū. At vero vt ijs oībus occurratur incōmodis: eniten-  
dum est magnoperc/ vt seueritati disciplinæ admix-  
ta sit benignitas animi ac clementia/ & zelo ardenti-  
f ij.

## Delaude

- coniuncta compassio infirmitatis alienę quę interdū  
benigniter ignoscat culpis delinquentiū: interdū leni-  
ter eas castiget pro qualitate temporis/ loci/ personę  
et causę. Nobilis est enim animus hominis/ vt ait Se-  
**Seneca.** neca: ducicq; potius vult q̄ trahi. Hęc sane est alijs im-  
perandi forma: quā dominus noster tradidit dicens.  
**Matth. 11.** Discite a me/ quia mitis sum et humilis corde: et inue-  
nietis requiem animabus vestris. Idē etiā per prophe-  
**Osee. 6.** tam nobis cōtestatur: q̄ misericordiā vult et nō sacri-  
**Gala. 6.** ficium. Et apostolus. Fratres si p̄occupatus homo  
fuerit in aliquo delicto: vos qui spirituales estis/ huius  
modi instruite in spiritu lenitatis: consyderans teipſū  
**Gregorius.** ne et tu tenteris. Gregorius quoq; perhibet dominū  
**Matth. 29.** nostrum permisisse Petrum apostolum prolabi in cul-  
pam trinę negationis: vt quia constituendus erat pa-  
stor ecclesię/ cōscius suę fragilitatis ex lapsu preterito:  
facilius ignosceret aliorū hominum erratis/ et ipsorū  
imbecillitati ex cōmiseratione condescenderet. Non-  
**Nume. 12.** ne Moses famulus domini / et populi Israelitici qua-  
draginta annos moderationē gerens : teste scriptura  
erat vir mitissimus super omnes homines qui mora-  
bantur in terra? Dauid etiam electus vunctione diui-  
**Psal. 131.** na ad regnū/ tanta fuit mansuetudine: vt illius singu-  
lariter meminisse debere dominus in psalmo exore-  
**i. Reg. 14.** uit populū sub maledicti interminātione ne come-  
deret panem vscq; ad vesperum . et nīmia seueritate  
sua proprias commaculasset manus cęde/ effusioneq;  
sanguinis proprij filij sui Ionathe/ q̄ viribus defectus  
parum mellis gustauerit ex summitate vŕge: nisi po-  
pulus publica interpellatione ipsum a morte liberaſ-  
set. Sed non est stabilitum tam r̄igidī et austeri cordis

regnum in conspectu domini. ¶ Rursum si paupertatis votum cupit abbas a suis accurate obseruari religiosis: ipse ipsisdem viuat legibus communictatis vite in victu et amictu / sicut et ceteri / quibus tanque signum et exemplar propositus est: quod in omnibus exacte se quantur. Vnde Hugo cardinalis / diligentissimus totius scripture cum veteris tum noui testamenti explinator / explicans illud Luce euangeliste dictum de domino nostro et duobus peregrinis eutibus i Emaus.

Et intravit Ihesus cum illis. Et factum est dum recubet cum eis: accepit panem et benedixit ac fregit / & porrigebat illis: ait. Hoc est contra abbates: qui nunquam vel raro recumbunt cum monachis in refectorio. Et sane dominus noster vite spiritualis et monastice exē plum insigne et eximium: communem cum discipulis semper habuit mensam / et in medio eorum erat sicut qui ministrat. vt doceret suo exemplo: abbates eadem et communi mensa cum fratribus discubere debere. Quod etiam facinndum esse admonet Innocentius tertius. extra de statu monachorum. cap. cum ad monasterium. dicens . Abbas vero (cui omnes in omnibus reuerenter obedient) quanto frequentius poterit: sit cum fratribus in conuentu. vigilem curam et diligentem solitudinem gerens de omnibus: vt de officio sibi commissio dignam deo possit reddere rationem. Neque ab re id sedulo monet vigilansimus apostolice sedis moderator. quādoquidem vt tritum est adagium: oculus domini impinguat equum. et vestigia pedum patris familias: fœundiorem reddunt agrum. presentiaque domini: seruos facit ad opus alacriores. quemadmodum in consimilem sententiam dicit Aristoteles in septimo Politicorum. quod presen-  
f iij.

Luc*e.* 24.Hugo car.  
dinalis.Luc*e.* 22.Innocentius  
tertius.

## De laude

Aristoteles tia magistratum ante oculos iuuenum posita : gignit veram reuerentiam / liberalemq; pudorem.

Quod enim queso tenendę paupertatis exemplum ex suo patre desument religionis filij: si ipse viam seculi huius et pomipam sequitur / si cateruam famulo rū post se trahit / si equos / canes venaticos auesq; prede assuetas enutrit: si splendorem domorum / vestiū / et mensē tāq; honorificum quicq; affectat. Hec enim omnia (si verum fateri licet) non religionis arctitudinem aut rigorem sapiunt : sed vitam huius mundi. Siccine bona ecclesię a primis religiosarum domorū institutoribus designata in ministrorum dei sustentationem et pauperum subleuationem: recte dispensantur: heccine est paupertatis regula / Benedicti vita / aut Augustini disciplina ? Nemo michi succensat vel obirascatur: quasi virga Aristarchi tetricaq; censura nostrę tempestatis mores notanti. Hec non

Bernardus mea / sed beati Bernardi est sententia: religionem monasticam in his mundanę ostentationis et apparatus secularis rebus / consistere non posse. sed hoc zizania / infelix lolium / et steriles auenas: ab inculto religionis agro euelli debere / et reformationis rigide acuta falce recidi . quandoquidem supremum monasterij patrem / communem cum ceteris suę dominus religiosis vitam agere: et recta ratio / et lex monachalis exigit / exposcit / efflagitat. neq; peculiarem suę mensē aut status splendidioris ac magnificentioris portionem pecuniariam : separatim a rebus monasterij assignatam habere . Quoniam vbi hęc abbatis est a couentu fratrum in victu et habitu / viteq; ratione diseparatio: difficile admodum est integrā

seruari regularem disciplinam / et constitutionum rigorem. Vbi vero abbas nichil habet sibi peculiariter designatum / sed more aliorum eadē viuit mensa / eodem induitur cultu : compertum habebis veram ibidem monasticæ regulæ seueritatem seruari / quoniam pastor suo gregi concolor est et conformis.

**C**Deniq; si castitatem voluerit pater monasterij a suis impollutam seruari : studeat & ipse magnopere in se munditiam vitæ obseruare / caueatq; sibi a mulierularum consortio & nimia sacerularium hominum conuersatione ; quoniam in his periclitari frequentius castitas solet . Quomodo enim inconsum erit ipsius præcipui patris aut eorum qui in suo sunt famulatu religiosorum cor / a carnis illecebris : si assidue conspicantur obuios mulierum vultus / aut media in turba consanguineorum familiarium / aut exterorum quotidie diuersantur ? Sane vnum quodq; in suo loco naturali recte conseruatur , extra quem si diutius detineatur : sustinet interitum . Sic pisces in aqua / avis in aere / & vermis in terra : natura degit . & locis illis destituta : illico emoriuntur . Haud aliter locus spirituali vitæ abbatis & religiosorum consentaneus : est monasterium & septa claustralria . quibus si frequentius includitur abbas & continetur : tum suam / tum aliorum vitam incolumiorem / vegetioremq; reddit . Sin vero per urbes & rura vagatur / contra prohibitiōē apostoli negocia tractas sacerularia : exitio anime proxim⁹ est . Ovis enim si extra suum euagatur ouile per agros : luporum morsibus facile patet . Et coluba soliuaga si suum deserat gregē / accipitris yngib; aut aquile cruentata

## De laude

statim dilaniatur: quę intra suum domicilium pericu-  
li secura est.

**C**Religiosum / correptionem cumpriuatam tū  
publicā modeste ferre debere: neq; vnq; co mmis-  
sum crimen mēdaciter inficiari. Cap.XVIII.

Aristoteles



Rislotelis in sexto Politicorum sētētia  
est/ q; compesci ac nō licere facere quic-  
quid quis velit: vtile est. nam līcētia agē  
dī quod quisq; velit: custodire nō potest  
ingenitam vnicuiq; hominū prauitatē.  
Cui fere respōdet id quod in secundo

**2. Macha. 6** Machabeorum libro dicitur . Etenim multo tempo-  
re non sinere peccatoribus ex sententia agere/ sed sta-  
tim vltiones adhibere: magni beneficij est indicium.

**Gene. 8.** Idcirco ad frenandam cupiditatē in malum/ ab ado-  
lescentia cuiq; innatam; recte constituta est correptio.  
nunc occulta et vnius ad alterū/ secreto facta. nunc pu-  
blica: per discipline monasticę irrogationem pro deli-  
cti qualitate adhibitā. Porro priore correptionē non  
modo cōmendat: sed et p̄cipit dominus in euange-

**Matth. 18.** lio/ cum ait. Si peccauerit in te frater tuus: vade/ corri-  
ripe eum inter te et ipsum solum . Si te audierit : lu-  
cratus eris fratrem tuum . Et apostolus ad Galatas  
scribens: eiusdē seruandę documētū tradit / cum ait.

**Gala. 6.** Fratres et si p̄occupatus homo fuerit in aliquo deli-  
cto: vos qui spirituales estis/ huiuscemodi instruite in  
spiritu lenitatis: consyderans teipsum ne et tu tente-  
ris. Demū vberem et copiosum huius fraternę corre-

**Iaco. 5.** ptionis fructum explicat beatus Iacobus: dicens. Fra-  
tres mei si quis ex vobis errauerit a veritate/ et cōuer-  
terit quis eum: scire debet quoniam qui conuertifceē-  
rit pctōrem ab errore vię suę/ saluabit animam eius a

morte/& operit multitudinē peccatorum. Ad hanc autem pro tempore/loco et personē conditione alteri exhibendam/astringuntur omnes:quodcūq; genus vi-  
tē fuerint aggressi.quoniam vt ait Ecclesiasticus:vnī- Eccl. 17.  
cuiq; deus mādauit de proximo suo.Posteriorē vero correptionē potissimum probant ac institūtū monastice sanctiones & regulē:decernētes quid discipli-  
nē & castigationis debeat cuiq; a recto tramite aber-  
ranti pro ratione culpe inferri:vt secundū mēsuram  
delicti sit & plagarū modus. Hanc iniungit Paulus Deute. 25.  
apostolus obseruandā:cū scribit ad Timotheū.Pec- 1.Timo. 5.  
cantes corā omnibus argue:vt et ceteri timorē habe-  
ant.Q uare sicut in p̄cedenti capite posita sunt docu-  
menta/quę abbatē & summū monasterij moderato-  
rem concernūt:ita nūc ea sunt oportune explicāda/q̄  
monasticę professionis alūnos & religiosos superiori  
subditos instituant.¶ Quorū id p̄cipuū est. q̄ suo-  
rum erratorum siqua cōmiserint(nō enim est homo 3.Regū. 8.  
qui non peccet:& in multis offendimus omnes)cor- Iaco. 3.  
rectiones/vtrouis modo factas:benigniter ferant &  
equo animo: easq; suę saluti accōmodēt.Nichil eteni  
fraterna correctione in spiritu lenitatis facta/vtili⁹ est  
ad morū conuersionē in melius:aut congruentius ad  
reuocationē pedis a malo.cū illa/maculam & notā in  
propria facie/quā ex nobisipsis nō deprehēdim⁹/de-  
monstret alieno īdicio/ex sola animi beniuolentia  
profecto:vt detergat eā.Neinq; plane maius veri/syn-  
ceriq; amoris in Christo/argumentum alicui potest  
exhiberi:q̄ secreta castigatiōe ad vitę emēdationē or-  
dinata.Siquidē eū cēseremus amicū verū: qui latentē  
corpis morbū & nisi mature occurrat/exitialē/nititur  
a nobis tollere/salutareq; laborati p̄sifera tare re-

## De laude

medium afferre. Quis enim amara sit potio quam offert sumendam/ aut vstulatio aut mēbris sectio: cum tamen in mentē venit hoc emplastro medicinali sanitatē pristinā nobis instauratū iri/ lēto & hilari animo perferimus eā doloris molestiā/ & supamus. Quidnī igitur eū putabimus amicū singulare/ verū omnino/ & omni posita simulatione nudū: qui occultū animi nostrī virus nitiē vlcere mortifero exprimere/ & cataplasma correptionis quod sanitatē inducat plagiis nostris iponere? Neq; asperā iudicare debemus correptionem admonitoriā/ quis grauē afferat dolore: cum cogitamus exulceratū lethifero vulnere animū hoc antidoto sanatū iri. Quocirca in scriptura mirifice commendatur hæc correptio alienę vitę: cū discretione & prudētia exhibita. Argue(inquit) sapientē & diligit

Prouer. 9. te. cū ediuerso de prauis dicatur. Nō amat peccatū eū qui se corripit: nec ad sapientes graditur. Et iterum.

Prouer. 12. Qui odit increpationes: insipiens est. Et alio quoq;

Prouer. 15. loco. Stultus irridet disciplinam patris sui: qui autem custodit increpationes/ astutior fiet. Ibide. Qui increpationes odit: morietur. Rursum. Auris quæ audiit increpationes vitę: in medio sapientiū commorabitur. Et iterum. Qui acquiescit increpationibus:

Prouer. 29 possessor est cordis. Item alio loco. Viro qui corripi- entē dura ceruice contēnit: repētinus ei supueniet interitus/ & eum sanitas non sequetur. Qui nimmo-

deus ipse signum amoris sui ad homines id esse con- testatur: cum eos flagellis castigat & premit. Ego(in-

Apoca. 3. quid)quos amo: arguo et castigo. Et apostol⁹ ad He-

bre⁹. 12. breos scribens ait. Quem diligit dominus castigat: flagellat autē oēm filiū quē recipit. In disciplina perseuerate: tanq; filijs/vobis offert se deus. Quis enim:

filius: quem non corripit pater: Qz si extra disciplinam estis/ cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri & non filij estis. Omnis autem disciplina in presenti quidem videtur non esse gaudij/ sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiae. Deniqz diuinus psaltes hanc cupide amplectitur correptionem: cum dicit. Corripiet me iustus in innocentia & increpabit me: Psal. 140. oleum autē peccatoris non impinguet caput meum. Quid autē aliud est peccatoris oleū: q adulatio blāda scelestorū/ improba alterius dicta aut facta moliter et falso laudantium: vt illius sibi amorem concilient/ gratiam ineant / & captent beniuolentiam: & hac suauiloqua assentatione incautos inducunt in peccati voraginem/ & audentiores ad malefaciendū reddunt: cum nigrum in candida vertunt/candidaqz in nigrum. Contra quos recte dicitur illud Esaiae verbum. Vq qui dicitis malum bonum / & bonum Esa. 5. malum: ponētes tenebras lucem/ & lucem tenebras: ponentes amarum dulce/ & dulce amarum. Quid rogo de illo sentires : qui comitem / nimium luo duci credulum/pollicitus in planam ducere viam & periculi immunem: detrudit in altam foueam/ & aquis obtutum extinguit. Nonne consimili ratione existium infert: qui audax alicuius facinus verbis extollit & effert/quo animosiorē illum efficiat ad persimile rursum perpetrandum. Hic ctenim animam hominis enecat: ille solū corp⁹. Propterea hoc tetrū adulatioñis viciū/correptionis fraternę omnino oppofitum/atqz ex aduerso pugnans: grauiter a scriptura & catholicis authoribus damnatur. Dicit siquidem Ecclesiastes . Melior est ira risu: quia per trullitiam Ecclés. 7.

## De laude

vultus/corrigitur animus delinquentis. Et rursum  
eodem loco. Melius est a sapiente corripi: q̄ stultorū  
**Prouer. 25** adulazione decipi. Et in proverbijs Salomon. Melio  
ra sunt vulnera diligētis: q̄ fraudulenta oscula odien  
**Prouer. 28** tis. Idem quoq; in alio eiusdem librī loco. Qui corri  
pit hominē: gratiā postea inueniet apud eū/magis q̄  
ille qui per lingue blandimēta decipit. Eosdē insecta  
**Esa. 30.** tur Esaias: qui dicūt/loquimini nobis placētia: videtc  
**Ezech. 13.** nobis errores. Et Ezechiel: cū ait. V̄ ijs qui consuunt  
puluillos sub omni cubito man⁹:& faciūt ceruicalia  
sub capite vniuersē ætatis ad capiendas animas. Qz  
si causam pcontaris/quare qui alios amice corripere  
nitūtur/ habētur passim odio:& adulatores (qui ex  
stultis insanos faciūt:& quibus nulla perniciōsior est  
animę humānę pestis) ita magni fiunt/& sunt in pre  
cio: in prōptu est quod dicit Comic⁹. Veritas odium  
**Theretius.**  
**Chrysostomus.** parit.& quod habet Ioānes Chrysostom⁹. Indigna  
tionem incurrit: qui arguit criminatos. Certe in scri  
ptura cōmendatos annotabis eos (vt exēplis etiā rem  
propositā agamus) qui correptionem recte illis factā  
gratā habuerunt:& ediuerso iprobatos/qui illā negle  
xerunt aut contēpserūt. Dauid etenim rex a Nathan  
**2. Regū. 12** propheta rephens⁹ de adulterio & homicidio/ ac hu  
militer suum recognoscens scelus: meruit audire illā  
vocem consolatoriam. Dominus quoq; trāstulit pec  
catum tuū. Non morieris. Achab itidē ob vineā Na  
both iūste & sanguinis innocētis effusione occupatā  
**3. Reg. 21.** increpatus ab Helia propheta: quoniam humilia  
tus est in conspectu domini/ pœnitentiam agens in  
ieiunio/ sacco/ & cilicio: impetravit dilationem diui  
næ vltionis sibi destinatæ/in filij sui tempora. Cōtra  
**2. Para. 16.** vero Asa rex Iuda alioqui bonus/ quia prophetam

increpantem sua errata in neruum mitti iussit: vehementissimo pedum dolore circa ipsum vitæ exitum afflictatus est. Iosas quoq; rex Iuda adulantium suorū 2. Para. 24.  
 principum delinitus obsequijs/et ipsis derelicto domino acquiescens: Zachariam prophetam illius scelerā redarguentem lapidibus obrui iussit. in cuius crudelitatis vltionem et ipse a seruis suis domi trucidatus est. ¶ Ceterum cum religiosus quispiam obculpam suam merito correptus fuerit et ab alio castigatus: non eam tergiuersatione excusat/aut mendaciter inficietur. quemadmodum prīmi parentes: grauiorē Gene. 3.  
 propterea damnationem experti. aut sicut Cain/ tu mide respōdēns se nescire vbi esset Abel frater suus: Gene. 4.  
 quem crudeliter occiderat. aut sicut Saul/trāsgressio= 1. Reg. 15.  
 nem diuini mandati primum specie boni operis obuelans: et deinde imputans id populo suo/quod sua authoritate fieri iusserat. Nichil enim est excusatione peccatorum aut negatione illorum exitialius atq; dā nosius. quādoquidem illud humilitati; hoc vero veritati repugnat. Siquidem in proverbijs ait sapiēs. Iustus prior est accusator sui. Et alio loco. Q uis abscondit scelera sua: non dirigerit ea: misericordiam consequetur. Idem etiam monet Ecclesiasticus dicens. Non confundaris confiteri peccata tua. ¶ Deniq; excusationem peccatorum tanq; recte factorum/ a se auerti petit propheca: cum orat dominum. Ne declines cor meum in verba malitię: ad excusandas excusationes in peccatis. Siquidem qui se iustificare nūtuntur coram hominibus/cum tamen malefecerint; in caput suum futuram congerunt accusationem coram districti iudicis tribunali/a quo declinare nō poterunt. Qz si nunc seipso

Prouer. 18.  
Prouer. 28

Ecc. 4.

## De laude

vñtro accusarēt: apud deū haberētūt in futuro excusa-  
ti. sicut dicit apostolus. Sinoſ metipſos dijudicarem⁹:  
nō vtiq⁹ dijudicarem⁹. dum iudicamur autem a do-  
mino corripim⁹: vt non cum hoc mundo damne-  
mur. Mendacium vero/ commissi criminis negationi  
ſeimper coniunctum/q̄ ſit ingratum deo: ostendit pro-  
pheta cum ait . Perdes omnes qui loquūtur menda-  
cium. Et sapiens . Os quod mentitur : occidit ani-  
mam. Rursum inter ea ſex. qua: odit dominus: enu-  
merat sapiens linguam mendacem/ et proferentē mē-  
dacia testem fallacem. Et in habitaculum supernæ ci-  
uitatis Hierusalem non intrabit abominationem fa-  
ciens et mendacium. Neq⁹ id immerito . Nam deus  
ipſe veritas eſt/ et deus veritatis. et omnis qui eſt ex ve-  
ritate: audit vocem eius. Diabolus autem mēdax eſt.  
et pater mendacij/ atq⁹ cum loquitur mendacium; ex  
proprijs loquitur. Imitantur autem illum: qui ſunt ex  
parte illius. Qui igitur dei vult particeps euadere/ et  
diabolica effugere contagia: mendacium omne peni-  
tus execretur/ et veritatem cū in dictis tum factis am-  
pleteatur. que tandem ipſum perducat ad ſumمام  
veritatēm perpetuo contemplandā in regno cœle-  
ſti: a quo omnis exulat et eliminata eſt fallitas / sola  
autem colitur ibi et prædicatur veritas: qui eſt deus ſu-  
perbenedictus in ſecula. Amen.

## Opusculi peroratio.

Aec perfuntorie de laude monastice  
religionis et eius institutis mi Godeſri  
de dicta ſunt: ad tui admonitionem atq⁹  
institutionē generatim perſtricta. Que  
ſi particulatim diuſcere / in animo tibi  
ſit: ex Ioanne Cassiano de institutis co-



nobiorum et nonnullis alijs operibus superius nomi  
natis plenius illa intelligere haud magno impedio po  
teris. Quorū plane assidua lectio: tibi cordi esse de  
bet. atcommodatio vero ad opus atq; actio eorū que  
principiūt: nunq; intermissa tibi et quotidiana sit. quā  
doquidē vt ait Cicero: virtutis omnis laus/in officio  
atq; actione consistit. Frustra enim laudatur equus:  
qui nunq; ad equitatum admouetur. Inuanum etiam  
commendatur arcus: qui ne vllum quidem telum eia  
culatur vñq; quemadmodum sentit Aristoteles fru  
stra esse calciamentū: cuius nunq; futura est calciatio.  
Haud aliter prorsus irrita est laus et commendatio mo  
nastice religionis apud eū: qui nulla regularis discipli  
ne instituta obseruare curat/ sed quo precepis illum ra  
pit animi impetus: eo incōsulte et abrupte fertur. Si  
quidē tradit philosophus in Ethicis / sermones de  
moribus veros et vtiles esse: si illis actiones humanæ  
respondeant/ et quod agendum precipitur; protinus  
opere compleatur. Et merito eos in supradicto libro  
insectatur: qui moralis discipline precepta exercere ne  
gligunt. ad sermones autem confugiētes/ et ardua de  
moribus et officijs virtutum aut audientes aut diffe  
rentes; putant se philosophari hoc modo/ fallentes se  
metipso. et persimiles ijs qui medicos quidē studio  
se audiunt: faciūt autem nichil eorum que principiūt.  
Vt igitur his corpus non bene se habet/ si ita curan  
tur: ita nec illis animus/ si ita philosophantur. Idem  
admonet et beatus Iacobus in epistola sua catholica  
dicens. Estote factores verbi dei/ et non auditores tan  
tum: fallentes vosmetipso. Quia si quis auditor est  
verbi et non factor: hic comparabitur viro consyderā  
ti vultū nativitatis sue in speculo. Consyderauit enim.

Cap.16.

Cicero.

Aristoteles

Iacobus.

## De laude.

Rhoma. 2.

Lucç. II.

se et abiit: et statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege perfectę libertatis, non auditor obliuiosus factus sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Et apostolus ad Romanos iquit. Non auditores legis iusti sunt apud deum; sed factores legis iustificabuntur. Denique dominus noster in euangelio dicit: quod beati sunt qui audiunt verbum dei et conti-  
todiunt illud. Atqui quemcunq; presens complectitur libellus: verbis dei innixa sunt diuinęq; legi pariter et monasticę omniquaq; consona. Si igitur repromissa cupis (et te quidē id ardenter cupere: certum habeo) beatitudinē demum assequi: quem hinc traduntur morum docimēta sēpius euolue et relege/eaq; ad actionem et exercitium operis assiduo viu accommoda.  
**C**ur autem in illis tradendis et sermone admonitorio, hic fuerim contractior: hāc causam accipe. Cōpegi equidem superioribus diebus libellum de veranobilitate: ad virtutem et morum honestatē exhortatoriū. quem fratruo clarissimo domino Iacobo Ambasiano nuncupauī: tecum primis litterarum rudimentis et moralibus disciplinis mea opera instituto. quod materia subiecta illius opusculi respondebat illi generi vītē insitūēdo/ cuius addictus est: vītae inquam militaris et bellicæ/ quem claro sanguinis stemmate splendescit. quemadmodum īpresentiarum hanc monasticę religionis commendatiūculam tibi elucubraui:  
quod vītē tuae insitūēdo/ disciplinæ monasteriali destina-  
tē/admodum congruat et conformis sit. Quacunq; autem in ea pagella de vera nobilitate traduntur morum docimēta; haud minus tibi quod tuo germano cōuenire queunt. qui ex eadem stirpis generositate du-  
cis originem: eodemq; propaginis amborum paren-

tum splendore emicas ac illustraris. Quocirca non erant illa virtutum monita in hac exhortatiūcula tibi repetenda: sed alia quæ ad vitæ professionem peculiarius attinent in mediū afferenda. Eam ob rem oblata est occasio ex prætermissione eorum quæ ad fratrem tuum data sunt præceptorum: ad te compendiosa vtendī breuitate & constrictiore verborum contextu. Ea igitur omnia quæ supradictus verè nobilitatis commēdatorius explicat et suggerit libellus: ad te quoq; dicta puta. & vt amicorū omnia sunt cōmunia: illa virtutum instituta tibi non minus q; tuo Iacobō tradi existīma/ ac persuade. vt per ea: tui generis nobilitatem virtutis ornamento clariorem reddas. et per hanc monasticæ religionis laudem: regularē tuā professionē integrus veriusq; obserues / quo & vere nobilis et vere religiosus et esse & dici queas. Vale/ tui clientuli nunq; immemor.

**C**Absolutum est hoc opus apud vallem Cluniacē: tranquillum & quietum monasticæ religionis habitaculum atq; domicilium: anno domini virtutū et veræ pietatis authoris decimo tertio: supra millesimum & quingentesimum/ decima octaua die Aprilis. Emissum autem est in lucem & impressum Parisijs/ per Henricum Stephanum/ industriū chalcographum/ artisq; litterarum excusoriæ opificem/ in sua officina e regione scholæ Decretorum: eodem anno domini die vero vice prima quinta Iunij.

# Index capitum præsentis libelli.

Folio.

3. ¶ Quid sit religio; & in quæ membra dñducitur. Cap. I
6. ¶ Monasticam religionem in veteri testamento / certo viue di ritu significatam esse; & ab antiquis patribus obseruari coepit am. II
8. ¶ Circa noui testamenti exordiū: vario etiam modo signata esse & commendatam monasticae religionis sortem. III
9. ¶ Qz post legis euangelicæ inchoationem: approbata est ex sanctorum patrum multiformi institutione/ monastica religio. IIII
11. ¶ Qz religio monastica/ ob ea quæ tradit obseruanda; nō medioterim etiam commendationem meretur. V
12. ¶ Qz religionis monasticae status/ non omnino cū assumentur iam perfectus est: sed via ad obtinendam perfectiōnem ducens. VI
14. ¶ Magnam esse adhibendam diligentiam/ vt quod deo in religione monastica youetur: integre eidem persuasatur. VII
16. ¶ Quomodo obedientia/ scripturæ testimonio & exemplis/ sanctorum etiam patrum sententijs commendata est/ & obseruanda. VIII
18. ¶ Qz noxia sit homini/ & deo odibilis inobedientia: ex scripturæ testimonio & exemplis comprobatio. IX
20. ¶ Qz paupertas/ secunda virtus ex voto obseruanda: euā gelico testimonio & multis scripturæ locis probatur. X
22. ¶ Qz paupertatem spontaneam inficit ea proprietatis labes: qua nesciente & inuito patre monasterij/ clanculum aliquid detinetur. XI
27. ¶ Qz paupertati monasticae etiā repugnat peculiū/ & propria rerum posses̄sio: ex consensu abbatis permissa. XII
28. ¶ Inualidas esse rationes eorum: qui moliuntur defendere licitam esse religioso peculiī possessionem. XIII
31. ¶ Castitatem/ blandarumq; corporis voluptatum frenatio nem: tertio loco a religiosis esse amplexādam. .XIII
35. ¶ Quomodo ab interioribus et exterioribus hostibus castitatem oppugnantibus: est summopere caendum. XV
37. ¶ Qz studio scripturarum et corporis exercitio / laboreq; occupanda est mens religiosi; vt oculum declinet et libidinem. XVI
40. ¶ Abbatem supremumq; monasterij patrem suis religiosos

sis/ ut hęc seruent vota; exemplum proprię vitę prestatę  
debere.

XVII

44 ¶ Religiosum/ correptionem cum priuatam tum publicā  
modeste ferre debere : neq; vñq commissum crimen men-  
daciter inficiari.

XVIII

### ¶ Finis ipsius indicis.

### ¶ Errata plerisq; in locis deprahensas et ex officina recognita.

Folio. Pagina. Línea.

4	1	trabea	sancta fuerit. legendum. sancta,
5	1	gionis	dei pleniorē. legē. mādatorū dei.
5	1	ribus	herbis fructibus. legendū. fruticibus.
7	2	dam	studio nitenti. legendū. intenti.
9	1	aposto-	obseruatiōis nor. le. cōgregationis.
9	1	ne in	in quo pŕimū. legendū. in qua.
15	2	christia-	id formandū. legendū. formidandū.
15	2	lam sancti	cōenobice vité. legen. cōenobiticę.
18	2	rent obe	obediētę meritū. legē. ob obediētę.
21	2	dūnisit	optimū diligere. legendū. diligere.
23	1	ligiosis	proprię cuiusq;. legendū. cuiusq;.
23	2	niret	corpora pſtatorū. legē. pſtatorū.
30	2	nativ	cōmissa domino. legendū. dominio.
35	2	lantius corp⁹	refrigereſceret. le. refrigeseret.
40	1	fidelibus	fidelib⁹ morū. legendū. infidelibus
48	2	q; mate	subiecti illius. legendū. subiecta.

¶ Nonnullæ ex prænotatis mendæ: in ipsa officina  
inter castigādum sunt ad limam reductæ. Siquę alie  
legentibus occurrerint: facile deprahendi poterunt/  
neq; intelligendæ sententiæ officient.

Hieronymi Clichtouei Neoportuensis/ad  
lectorem:dodecasthicum carmen.

Certa quies motu/statio tranquilla profundo  
Gratior:et numeris anteferenda monas.  
Sic via/relligio:q̄ cætera vita probatur  
Tutior/ad summi tecta beata patris.  
Virginitate nitens/& inops/& prompta iubentí  
Obsequier:mundo mortua/viua deo.  
Noscere si cupias huius primordia vitæ/  
Et quibus augmentum ceperit auspicijs:  
Quos apud Hebræos/quos Christi tépore patres/  
Quosq̄ dehinc habuit:quoue sit aucta modo/  
Singula comperies isto reserata libello:  
Qui varias laudes relligionis habet.

VALE:.